

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΗΡΑΚΛΙΑΣ

ΗΤΟΙ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΕΛΕΙΑΝ ΠΤΩΣΙΝ ΧΟΣΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΣΩΝ.

EJUSDEM
HERACLIAS

SIVE

DE EXTREMO CHOSROÆ PERSARUM REGIS EXCIDIO.

A.

Ἀγαλλιάσθω πᾶς χορὸς τῶν ἀστέρων
Τὸν ἀστροδόουλον δεικνύων πεπτωκότα
Καὶ τὴν ἑαυτοῦ πτώσιν ἠγνοηκότα.
Οὐκ ἔστεγε γὰρ ἡ κτίσις τιμωμένη,
Ὡ Κἄν δυσσεβηθεὶς ὁ Κτίσας ἠνείχετο.
Νῦν πανσέληνος ἡ σελήνη λαμπέτω
Τοῦ Χοσρόου λήγοντος, ἐγγυωμένη

A Πέρσας τὸ λοιπὸν μὴ θεουργεῖν τὴν κτίσιν
Καὶ νῦν ὁ τριτμέγιστος ἡλίου πόλος,
10 Λούσας ἑαυτὸν τῇ καθάρσει τῶν φόνων,
Βοᾷ λαλεῖ σοι τὴν σφαγὴν τοῦ Χοσρόου
Θεοῦ βεβήλους ἐκφυγῶν ὑποψίας
Σκίρτησον, αἰθέρ· ὁ κρατῶν Περσοκράτης
Ὁ πυρσολάτρης ἐζοφώθη Χοσρόης.

I.

Exsultet chorus omnis astrorum, astrorum servum cecidisse demonstrans sumique casum ipsum ignorasse: non illum enim texit culta creatura (5), quamvis impie profanatus Creator sustineret, nunc

in suo plenilunio luna resplendeat, deficiente C roa, læta despondeus Persas non ultra delingat res creatas. Et nunc, o maxime solaris orbis, bene lotus et expiatus a cædibus clama, tibi

NOTÆ.

ACROAS. 1. v. 1, Ad calcem *Chronici paschalis*, p. 398, 727, 15, ed. Bonn. exstant litteræ ab Heraclio ad Cyprianos post devictum Chosroam missæ, in quibus imperator, quod Deo favente contigerat, narrat, civesque hortatur ut pro talem prospero expeditionis ab se susceptæ eventu totos se in Dei laudes effundant. Eæ litteræ cum Pisidæ scenariis conferantur.

2. Pisidæ ἀστροδόουλος hic vocanti Persas plauderet libentissime Thomas Hyde, qui in libro *De relig. vet. Pers.* nec ἀστρολάτρης, neque πυρσολάτρης, sed ἀστροδόουλος et πυρσοδόουλος appellandos esse contendit: ab omni enim idololatriæ suspicionem eos liberare satagens, δουλίας, non λατρίας, venerationis, non adorationis specie cultum tantummodo civilem astris eos olim præstitisse et nunc quoque præstare decernit: in quam sententiam iverunt etiam Prideaux, *Hist. Jud.* tom. I, p. 215; et Beausobrius, *Hist. Manich.* tom. I, p. 175. Verum qui Chosroam ἀστροδόουλον hic appellat, mox v. 14 πυρσολάτρην vocabit. Ergone sibi non constat Pisida? Minime verò; sed latendum eum δουλίαν a λατρίας non distinguere, ac, eodem plane sensu ἀστροδόουλον et ἀστρολάτρην accepisse, ut qui de Persarum superstitione circa astra et ignem neuti-

quam dubitaret; quod ex iis quæ proxime sequitur abunde patet.

5. Magorum deridet insaniam, quorum vatic plurimum Chosroes fidebat. Vide v. 54 et seqq.

4. Sol, luna, ignis Persarum fuerunt numina quibus sæpe in acroasis *De exped.* dictum. Simile illud Virgilio *Æneid.*, II, 450 de Pan Othryade, quem *nec pietas nec Apollinis infula t.*

6. Citantur hi tres scenarii a Suida in v. Ἐγγ. *Æmilii Portus* legerat in secundo Χοσρόου λέτος pro λήγοντος, ac proinde verterat *annuente deficiente*. Consule que in fine secundæ et in principio tertiæ acroaseos *De exped.* adnotavimus intelligas cur hic poeta lunam hortetur ut mo Chosroa in suo plenilunio clarissime resplendeat.

8. Θεουργεῖν τὴν κτίσιν, *honorem Deo debitum his creatis tribuere*; quod qui faciunt, veri sunt idololatriæ ut Persæ, qui bona pace Thomæ Hydi eorum qui cum Hydio sentiunt, erant re ἀστρολάτραι et πυρσολάτραι.

10. Φόσος, puto hic esse equorum sacrifici quos Persæ soli immolabant. Vide *De exped.* 1, et seqq.; ibi enim poeta Persarum stultitiam s irridet. Hic autem solem monet ut a sanguine vi marum se abluens omnibus testatum faciat, se spere sacrificia non nisi Deo offerenda.

- 15 Πάλιν κάμινος Περσική καὶ δευτέρα
 Δροσίζεται φλόξ Δανιὴλ τῷ δευτέρῳ,
 Ἐνωφερῆς δὲ καίπερ οὔσα τὴν φύσιν
 Χεῖται κατ' αὐτῶν, καὶ διώκει καὶ φλέγει
 Τοὺς τὴν πονηρὰν ἐκπυρῶσαντας φλόγα.
 20 Πάλιν λεόντων ἡγριωμένων στόμα
 Εἰς γῆν δι' ὕμῶν Περσικὴν ἀνεφράγη.
 Πάλιν παροινεῖ δυσσεβῶς ὁ Χοσρόης

annuntia eadem Chosroæ, deus haberi abhorrens ex impia suspicione, æther, exulta: imperans Persarum tyrannus ignicola obtenebratus est Chosroes. (15) Rursus Persica fornax atque iterum irroratur flamma pro Daniele altero, quæ, quamvis in altum natura tendat sua, tamen procumbit, instansque illos adurit qui flammam iniquam succenderunt. (20) Rursus leonum os rabide furentium per

- A Καὶ πῦρ θεουργεῖ καὶ θεὸς φαντάζεται,
 Ἐως σὺν αὐτῷ καὶ τὸ πῦρ ὑπερβράσκει
 25 Σὺν τῷ θεουργήσαντι συγκατεφθάρη.
 Πάλιν παροινεῖ, καὶ μεταίρει τὴν κτίσιν,
 Ἐέρξη τε τῷ πρὶν ἀντερῖζει, καὶ θέλει
 Πῆ μὲν πετρῶσαι τὸν βυθὸν τοῖς λευφάνοις,
 Πῆ δ' αὖ γε τὴν γῆν κυματῶσαι τοῖς λυθροῖς.
 30 Γιγαντιᾶ δὲ καὶ τυραννῆσαι θέλει,

te contra terram est adaperum Persicam. Rursus insanit sceleratus Chosroes, et ignem facit deum, seque deum simulat; donec cum ipso etiam superincursus ignis, (25) cum ipso qui fecit ignem deum, extinctus est. Rursus, inquam, insanit, et res creatas invertit, Xerxi que antiquo æmulatus conatur qua pelagus opplere cadaveribus, qua contra terram inundare sanguine. (30) Ut gigas vero farit seque

VARIAE LECTIONES.

18 κείται ed.

NOTÆ.

14. Scite ex Persarum doctrina. Duo enim erant apud Persas summa numina Oromazdes et Arimanius, sibi invicem contraria, quorum unum erat bonorum, alterum malorum fons et origo: ut enim Oromazdes lucis, ita Arimanius auctor fuerat tenebrarum. Hinc tantus honor soli, luci et igni habitus est a Persis, ut ubivis locorum essent excitata templa, quæ πυρῆα vel πυραιθεῖα vocabantur. Intus enim ignis super aras positus religiosissime colebatur, qui ne unquam exstingueretur, maxima erat Magorum cura. Præstat legere Bruckeri *Hist. crit. Philos.* tom. I, lib. II, quo nemo melius Persarum systema explicavit. Itaque Pisida ex Persarum placitis dicit Chosroam a luce, quam adorabat, in tenebras, id est in potestatem diaboli, cecidisse: si enim ulla fides Arabibus scriptoribus, Abulledæ testimonio apud Pocockium *Spec. Hist. Arab.* p. 146, lux est Persis idem ac Deus bonus, et tenebræ diaboli. At Pisida forsitan hic carcerem etiam designat, in quem Chosroes Siroæ filii jussu conjectus est, quæ vocabatur ὁ οἶκος τοῦ σκότους, ut narrat Theophanes, p. 271, qui, ut alibi monuimus, minime consentit cum nostro iambographo.

15. Persidem, in qua erant ubique altaria in honorem ignis exstructa, fornaci, in quam Daniel est injectus, non illepide assimilat, ut Danielem alterum fuisse demonstrat Heraclium.

16. Daniel. III, 50.

17. Ibid. 48.

20. Persas æquat Chaldæis, qui a leonibus, quibus obiectus Daniel illusus evaserat, tanquam αἴτιοι τῆς ἀπολείας αὐτοῦ devorati sunt.

22. Chosroam, quem nuper Nabuchodonosori obmorum feritatem comparavit, nunc ob mentis superbiam, et insaniam Nembrodo tacitus assimilat, qui terram Babel exedificare instituit, ut a Dei potestate se liberaret; unde ex quorundam opinione idololatriæ monstrum ortum habuit. Pisida, ut videtur, Josephum secutus est, qui *Antiq. Jud.* I, 4, ait Nembrodom contra Deum tyrannidem affectasse, hominesque eo contumeliæ in Deum, et despicientiæ adduxisse, ut eis persuaserit ne Deo concederent, eique acceptam referrent suam felicitatem. Forsitan etiam Nembrodo Chosroes confertur, quia ex Hebræorum sententia immanis ille vir prius cultum ignis in Chaldæam intulit.

25. Heraclius Chosroam fugientem secutus, quæcumque templa igni dicata in Perside invenit, solo æquavit, ut copiose narrat Theophanes a p. 257 ad 275. At Pisida, ut puto, inuit hic palatium, quod Chosroes habuit Gazaci, et a quo primum secedere

coactus est. Hæc enim fuit prima et multum spectabilis Heraclii victoria, qua fugatis hostibus, ut idem Theophanes testatur p. 258, Gazacum Orientis civitatem occupavit, ἐν ἣ ὑπῆρχεν ὁ ναὸς τοῦ πυρὸς καὶ τὰ χρύματα Κροίσου τοῦ Ἀυθῶν βασιλέως καὶ ἡ πλάνη τῶν ἀνθρώπων. Cur autem Pisida dicat de Chosroa καὶ θεὸς φαντάζεται, accipe a Cedreno, qui ex Theophane aliisque scriptoribus Byzantinis suam concinnavit historiam. Is autem, p. 412 iisdem plane verbis, quibus Theophanem usum esse nuper vidimus, ab Heraclio captam Gazacum ait, et deinde subiungit: Καὶ εἰσελθὼν ἐν αὐτῇ εὗρε τὸ μυσαρὸν οἰκῶλον τοῦ Χοσρόου, τὸ τε ἐκτόπωμα αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ παλατίου σφαιροειδεῖ στέγῃ, ὡς ἐν οὐρανῷ καθήμενον, καὶ περὶ τοῦτο ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστρα, οἷς ὁ δεισιδαίμων ὡς θεοῖς ἐλάτρευε, καὶ ἀγγέλους αὐτῷ σκηπτοφόρους περιστρίψεν: ἐκαῖθ' ἐν τε σταγόνας στάζειν ὡς ὑετοῦς, καὶ ἦχος ὡς βροντᾶς ἐξηχεῖσθαι ὁ θεομάχος ταῖς μηχαναῖς ἐπετεχνάσατο. Celeberrimum hoc fuit Chosroæ palatium ab Heraclio destructum, de quo Joannes Tzetza *Chiliad.* 3, hist. 66, ait mentionem fecisse in quodam suo poemate *De templo*, atque ex eo septem illos senarios profert, quos Allatius temere attribuit Pisidæ: satis enim aperte ibi Tzetza de se loquitur. Quos quidem iambas, ut conjicio, Tzetza composuit in laudem piæ ejusdem imperatricis, quæ magnificentiam templum artificioso formice ornatum exstruxerit, ac proinde Archimedem inducit mulieris ingenio vincit se clamantem. In primo enim Tzetzae senario, quod obiter dicam, illud πρὸς αὐτὸν ad ναὸν τὸν τοῦ θεοῦ referendum est, et ἐπιτίθετ' ἢ vel aliud ejusdem significationis verbum subaudiendum est.

25. Ut enim idem Cedrenus ibidem ait, Ταῦτα γοῦν πυρὶ ἀνάλωσε, καὶ τὸν τοῦ πυρὸς ναὸν κατέκαυσε καὶ πᾶσαν τὴν πλάνην.

26. Rursus Chosroam comparat Xerxi, de quo plura a nobis dicta *De exped.* II, 508 et seqq.

28. Confer ibidem v. 316. Quod Pisida dicit, Chosroam πετρῶσαι τὸν βυθὸν, ad bellum Abaricum est referendum, de quo vide in poemate hujus argumenti v. 499. Nullum enim aliud fuit bellum navale inter Heraclium et Chosroam præter id quod prope incensia urbis Cypoleos actum est. Cum autem dicat γῆν κυματῶσαι τοῖς λυθροῖς, id intelligendum de cadibus immanissimis Christianorum, quas in tota Syria et Perside Chosroes patravit. Vide *De exped.* II, 108.

30. Clarius quam supra Chosroam æquat Nem-

Καὶ τὸν πρὸ πάντων εἰκονίζει Βαλτάσαρ,
 Χραίνων τὰ θεῖα τῷ μολυσμῷ τῆς μέθης,
 Ἔως κατ' αὐτοῦ δάκτυλος θεηγῆρος
 Τῇ δεξιᾷ σου χρώμενος χειρογράφῳ
 35 Ἦψου μελαίνης ἐξεφώνησε κρίσιν.
 Λήγουσι λοιπὸν αἱ βροχαὶ τῶν αἱμάτων,
 Φεύγει τὸ ρεῦμα τῶν ἀεὶρρύτων φόνων·
 Ἡ γῆ βιαίως οὐκ ἐνοχλεῖται τάφοις,
 Θάλαττα λύθρων οὐ μαιίνεται χύσει.
 40 Τῶν αἰχμαλώτων οὐ βρούει τὸ δάκρυον·
 Ἄργεϊ τὸ λοιπὸν ἡ πλακὴ τῆς ἀγχάνης·
 Οὐδεὶς μετ' ἕξους ἐκκενώσας αἰθάλην

præstat tyrannum et unum præ omnibus repræ-
 sentat Baltasarem, conspurcans res divinas ebrieta-
 tum profanatione, donec in ipsum digitus divinilo-
 quus, tuam ad exarandum mutuatus dexteram, (35)
 nigri lapilli protulit sententiam. Jam demum cessant
 sanguinis rivi, sistitur fluxus cædium perenniam,
 terra violentis non exagitur sepulcris, mare non
 surdet fuis cruoribus. (40) Nec scatent jugiter
 captivorum lacrymæ; torpent jam tandem feriat
 restes et laquei. Nemo cum aceto exhausta fuligine

A Τὴν βίνα ποιεῖν ἐκδιάζεται στόμα.
 Τὰ δένδρα νεκραῖς οὐ βαρεῖται φορτίοις.
 45 Πλήρεις ἐκάστῳ τῶν μελῶν αἱ συνθέσεις·
 Ἄπους, ἄχειρος οὐ βαρεῖ τὸν αὐχένα·
 Οὐδεὶς ἀμοιβὴν συμφορᾶς ἀντιστρόφου
 Τὴν χεῖρα κίχρᾷ τῶν ποδῶν ἀντεργάτιν.
 Ἄλλ' οὐρανὸς, γῆ, πῦρ, ὕδωρ, ἀήρ, νέφη;
 50 Καὶ πᾶς ὁ κόσμος τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω
 Κροτεῖ σὺν ἡμῖν τοῦ Θεοῦ τὰ σκάμματα,
 Ἐνδὸς πεσόντος καὶ σεσωσμένων ὄλων.
 Νῦν τὸν πυραυγῆ Χοσρόης ἐωσφόρον
 Ἐγὼ ζοφώδῃ, καὶ πλάνητας οὐκ ἔχει

nasum cogitur vocare ad oris officium. Non arbores
 gravantur mortuorum pondere. (45) Integræ con-
 stant singulis membrorum juncturæ; nemo pedes
 manusque mutilus deprimit colla, nemo ad compen-
 sandam ex adverso calamitatem manu ulitur ad
 officia pedum adjunctice. At cælum, terra, ignis, aqua,
 aer, nebulæ, (50) omnisque rerum quæ sursum et
 deorsum sunt, ratio, dei nobiscum scammata con-
 celebra: cecidit unus, et omnes sunt servati.

Nunc rutilantem Chosroes Luciferum sentit esse

VARIÆ LECTIONES.

47 ἀγχυστρόφου Ρα

NOTÆ.

brodo, ejus vim nominis eam esse dicunt ut ido-
 lolatram tyrannum et gigantem significet. Pisida
 manifeste versionem 70 secutus de Chosroa dicit γι-
 γαντιᾶν. Ubi enim Vulgata Gen. x, 8 legit ipse
 Nimrod caput esse potens in terra, Septuaginta In-
 terpretes habent οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς
 γῆς. Hic senarius citatur a Suida in v. Γίγαντιᾶν.

31. Recte Baltasarem regem Babylonis πρὸ πάν-
 των verius et melius quam ceteros tyrannos terræ
 imitatum esse dicit Chosroam: ut enim ille vasa
 de templo Jerusalem a Nabuchodonosore asportata
 inter convivandum contaminare non erubuit, ita
 Chosroes lignum S. Crucis, quod ab eodem templo
 arripuit et secum cum infinito captivorum numero
 abduxit, profanavit.

32. Τὰ θεῖα quid intelligat, vide *De exped.* ii, 107
 et seqq.

33. Dan. v, 5.

35. Suidas habet hunc iambum in v. ψῆφος· si-
 milis autem huic est 385 *De bell. Abar.*

36. Varia suppliciorum genera, quibus Chosroes
 in Romanos sævit, enumerans, ipsum quidem ty-
 rannum, Christianos autem martyres fuisse de-
 signat.

38. Hunc et prope sequentem senarium confer cum
 v. 487 et seqq. *De bell. Abar.*

40. Cum enim Siros Chosroa extincto pacem
 cum Heraclio composuisset, πάντας, ut habet
 Theophanes, p. 272, τοὺς ἐν φρουραῖς Χριστιανούς
 καὶ τοὺς ἐν Περσίδι πάση αἰχμαλώτους παρέδωκεν
 αὐτῷ, σὺν τῷ πατριάρχῃ Ζαχαρίᾳ, σὺν τοῖς τι-
 μίοις καὶ ζωποιοῖς ξύλοις τοῖς ἐξ Ἱερουσαλήμ λη-
 φθεῖσι.

41. De variis tormentorum generibus, quæ Pisida
 poetice describit, consulendus Gallonius *de SS.*
martyrum cruciat. p. 16: ut martyres enim Roma-
 nos a Persis laqueo suspensos et necatos videtur
 representare idem poeta, qui procul dubio S. Ana-
 stasium Persam ejusque septuaginta socios marty-
 res ob oculos habuit, dum hæc scribebat.

42. Hanc pœnam quondam a dominis infligi con-
 suevisse servis, testis est Aristophanes *Baz.* 633.
 Ibi enim varias tormentorum species eleganter

enumerat. At Pisida una cum aceto fuliginem per
 nares ingestam a Persis tradit, ut in Christianos
 magis sævitum esse ostendat quam fieri soleret in
 servos.

C 45. Rotis, equuleo, trocheis aliisque instrumentis
 martyrum corpora torquebantur, extendebantur
 discerpebanturque. Vide Gallonium, p. 33.

46. Citat hunc versum cum superiore Suidas in
 v. ἄχειρος, monetque poetam de Chosroæ crudelitate
 agere. Nulla autem occurrit varietas, nisi quod in
 Suida venit legendus primus, qui in Pisida est se-
 cundus. Perperam Kusterus pro οὐ βαρεῖ reponen-
 dum putavit σοδαρεύει, repugnante prorsus metro
 et sensu. Nec magis probaverim, quod eidem Ku-
 stero placuisset, ut in versu superiori pro ἐκάστῳ
 contra codicum fidem legamus ἐκάστων.

D 51. Σκάμματα sunt *limites* ac *termini*, stadii fos-
 sis vallisque terræ designati, intra quos cursus fle-
 bant in circo; unde illud adagium ὑπὲρ τὰ σκάμ-
 ματα πηδᾶν. Maluimus aliorum exemplo Græcam
 vocem retinere quam alia uti, quæ vocabuli vim
 non exprimeret. Pisida, ut videtur, in amplissimo
 teatro mundi certantes inducit Heraclium et Chos-
 roam, cælum terramque spectatores facit, judicem
 et arbitrum Deum constituit, ejus benignitate et
 favore factum est ut nimia temeritate procurrens
 et terminos transgredi contendens Chosroes in σκάμ-
 ματα, in *fossas*, præceps corruerit, et cæteri omnes
 salutis et victoriæ coronam sint adepti. Hunc esse
 sensum allegoricum nobis propositum, præter ea
 quæ sequuntur, facit ut credamus verbum κροτεῖν,
 quod usurpatum semper invenitur ad plausus ex-
 primendos, quibus victores athlete a spectatoribus
 excipiebantur. Si autem allegoriam dimittas, dei
 scammata erant divina consilia et judicia, seu fines
 ab eo constituti ratione plane diversa ac insanus
 Chosroes secum reputaverat: consilium enim fuit
 Chosroæ ut omnes Romani perirent, consilium au-
 tem Dei fuit ut unus periret Chosroes et omnes
 servarentur Romani, ἐνδὸς πεσόντος καὶ σεσωσμένων
 ὄλων.

54. Ludit in voce πλάνητας, quæ a πλανᾶω, erro
 et in errorem induco; unde scite dicit Chosroam,

55 Τὸς ἑπὶ ἀ, φησὶν, ἀλλ' ἄλους τοὺς ἀστέρας.

Nūn πάντα αὐτοὺς ἐμπειῶν τῷ Τάρταρῳ

Βλέπει σκοτεινοὺς ἐξ ἀνάγκης ἐσπέρους

Καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἀποχρήσας ἐλπίδος,

Οὐς ζῶν ἐτίμα, θυσαθεῖ τεθαρμμένος.

60 Ποῦ νῦν ὁ λῆρος τῶν ἀεισφαλῶν Μάγων;

Ποῦ τῶν ἐν ἄστροις ὀργίων τὰ σκάρματα;

Ποῖος περὶ ταῦτα Χυτροῦν ὄρασκεῖ;

Πάντως ἔδοξεν ἐμπειεῖν τῷ τοῦ κρόνου.

obscurum, eique sunt errantia (55) non solum septem, ut aiunt, astra, sed omnia. Nunc omnia illa demissus in Tartarum tenebricosus videt necessario vespere; atque a spe dejectus in ipsis posita, quæ vivus adorabat, execratur mortuus.

(60) Ubi nunc semper mendacium Magorum deliria, ubi deducta ab astris orgiorum scammata? Quotusquisque extincti Chosroæ notavit dies, pro

qui tantum in astris fideret ut ea pro diis haberet, nunc demum sentire non a septem modo planetis, quos esse sidera erraticia vaga et palantia noverant veteres astronomi, sed etiam ab aliis omnibus stellis, quas fixas vocare solent, se fuisse deceptum. Sic etiam salse irridet Persarum religionem et scientiam, quæ putissimum in vana planetarum observatione versari solebat, cum ab eorum influxu omnia pendere arbitrarentur.

60. Ἀεισφαλεῖς. Magos appellat eo quod semper, ac præcipue Heraclii temporibus, astrologia iudiciaria et ἀποτολοματικῆ facultas tanto in honore apud eos esset, ut cum omnia ex magicæ disciplinæ arcanis petenda consilia essent, et nihil factum esse posse existimaretur quod ab eis non fuisset definitum, quicquid agendum esset, per divinationes et somniorum interpretationes expendi et juxta varias planetarum species conversionesque et potestates explorari antea oporteret.

61. Quid sint σκάρματα, dictum supra v. 51. At hic Pisidam puto vocare scammata ex astrorum observatione petitas a Magis definitivitates, quibus illi vanissimi arusectores, quales qualive fato futuri essent homines, qui sub cujuscunque sideris forma et positione nati essent, divinabant. Ὀργια autem hujusmodi nugas et deliramenta appellat, tum ut eas æque impias et insanas esse demonstraret ac Græcorum orgia, quibus olim Baccho sacra fiebant, tum ut Magorum stultitiam vexet, qui ut popello id prestigiarum facibus venditarent, in templa et pyrea colbant, ut de vaticiniis, quæ orgiis quid simile, si rerum vanitatem spectes, merito dixeris, inter se colloquerentur et deliberarent. Itaque Pisida per has verborum ambages, opinor, exprimit Persarum levitatem, qui horoscopus et genituras, ceteroquin res vanissimas, ut quid sacrum tractarent. Qui plura velit, quæ ad rem faciunt, περὶ γενεθλιακῆς ἀρετῆς Lucianum de Astrolog., qui hanc plane ridiculam scientiam defendit, et Gellium 14, 1, quo nemo melius inter veteres subtilissimæ artis fundamenta convellit.

62. Magorum inscientiam et vanitatem evincit exemplo Chosroæ, quem diu victurum ex horoscopo prædixerant, usquedum ipse ab urbe Ctesiphonte invisa absisteret, eum interfectum iri a filio Siroa penitus ignorantes, quamvis eos ut genus quoddam fatidicum et divinum laudet Lucianus in Macrobiis. Horum de morte Chosroæ vaticinium habes in Theophane, p. 259. Ceterum nil mirum, si omnium rerum humanarum tempus, rationem et causam Magi in cælo, et ex stellis requirebant, cum ætatis vitio non multi etiam alibi circumferrentur homines fatidici, qui regibus vitæ momenta singula explanare,

Λ Τέκνου γὰρ ὀρμαῖς ἢ σφαγεὺς ἀνηρέθη.

65 Ὀμηρε, τὴν πρὶν μηδαμῶς Ἡρακλέα θεὸν προσεπειν ἀξιώσης ἀσκήτως.

Τί γὰρ τὸ κοινὸν ἀφύλησε τοῦ βίου

Κάπρος φονευθεὶς ἢ λέων πεπνιγμένος;

Θαύμαζε μᾶλλον, ὡς ἐν ἀνθρώποις ἕνα,

70 Τὴν κοσμορύστην εὐλόγως Ἡρακλέα.

Κατῆλθεν οὕτως ἄχρι τῆς Αἴδου θύρας,

Τὴν λύτταν ἤγχε τοῦ κυνὸς τοῦ παμφάγου.

certo statuit moriturum lapsu temporis: at illam nati furor homicidam sustulit.

(65) Homere, priscum illum nusquam Herculem deum vocare oscitanter præsumpseris.

Equid enim boni vitæ societati attulit aper maciatus aut suffocatus leo? Hunc admirare potius, velut unum inter homines (70) mundi liberatorem, verius dicendum Herculem. Hic usque ad portas

NOTÆ.

et quo qui-que genere mortis et ietu temporis esset interiturus, se posse prædicere profiterentur; cujus rei testes sunt tot oraculorum et visionum libri a Christianis auctoribus memorati, de quibus videndus Fabricius, *Bibl. Græc.* vol. VI, p. 563, qui, ut solet, pererudite disserens utrum Leoni Sapienti necne recte tribuantur oracula quæ sub ejus nomine circumferuntur, plurima hujusmodi scripta recenset. Leo etiam Allatius, *Diatrib. de Georgiis*, p. 354, obiter nonnullos vaticiniorum libros memorat, ex quibus etiam apparet existisse olim quædam oracula Chosroæ Persarum regis nomine inscripta, quorum, ut fallor, specimen est id quod de vaticiniis Chosroæ tradit Theophyl. Simocatta, p. 158.

65. Theophanes, p. 271, narrat Siroam, suadente Heraclio, in Chosroam parricidam arma inovisse, ipsumque catenis onustum in carcerem detrusisse: ibi autem satrapas constituisse, qui eum pane et aqua parce sustentatum injuriis læcesserent et conspuerent sputis; Merdasam ejus filium, quem Chosroes pro Siroa in regem coronari voluerat, interficere jussisse, omnesque reliquos ejus liberos e medio tolli mandasse. Ἐν πέντε δὲ ἡμέραις τοῦτο ποιήσαντα; ἐκέλευσεν ὁ Σιρόης τοῦτον τόξοις ἀνελεῖν, καὶ οὕτως κατὰ μικρὸν ἐν δεινοῖς παρῆδοκε τὴν κωνηρὰν αὐτοῦ ψυχὴν.

65. Homerum monet ne Herculem ob præclara gesta inter deos recenseat, ne ridiculus audiat, et ἀποθεώσας quas narrat vilescant. Ac, si fallor, respicit ad locum *Odyssea*, in quo Ulysses ait invenisse apud inferos Herculis idolum, 11 600. Cæterum de more ludens poeta in vocibus, ob similitudinem nominis Heraclii cum Hercule, imperatoris gesta longe præferenda et immortalitate valde digniora esse quam Herculis certamina contendit.

67. Præ cæteris poetis, qui Herculis labores describunt, consulendus Lucretius, lib. v in princ. cui deus ille est, qui, qua ratione animus purgari possit a vitiis, non quomodo terra a monstris liberari, docerit.

68. Aprum in monte Erymantho Arcadiæ natum, qui Phœcidis agrum vastabat, vinctum ad Erysthenn deduxit Hercules, et leonem Nemæum omnino armenta in Philiuntem et Cleonos dilaniantem nudis manibus apprehensum suffocavit.

70. Heraclium Herculi prælaturus, quæ de Hercule narrantur, ejusque κοσμορύστην titulum, imperatori melius convenire ostendit, Persas eorumque regem Chosroam monstris toto orbi terrarum infensissimis per allegoriam comparans.

71. Persidem cum inferis conert, ad quos Hercules descendisse fertur.

72. Cerberum eadem ab inferis abactum per

Ἄλκηστιν ἐξήγειρε τὴν οἰκουμένην,
 Ἄνεϊλα τὸν δράκοντα τὸν μαιφρόνον,
 75 Καθεῖλεν ὕδραν μυριαύχενον βλάβην,
 Ῥυπῶντα τὸν πρὶν ἐξεκόπρωσε βίον,
 Ἐπνίξε τὸν λόντα τὸν κοσμοφθόρον,
 Καὶ νῦν προῆλθεν Ἡρακλῆς τῷ πράγματι,
 Λαθῶν τὰ χρυσᾶ μήλα, τὰς πόλεις βίας.
 80 Περῆλθεν ἡ γῆ τῆς ἀραγγυῶς ἐσπέρας·
 Τὸ φῶς ὑπέστη, καὶ διέστη τὸ σκότος·
 Καὶ δεύτερος νῦν κοσμοποιεῖται βίας,
 Καὶ κόσμος ἄλλος καὶ νεωτέρα κτίσις.
 Καὶ νῦν ὁ Νῶς τῆς νίας οἰκουμένης
 85 Κιθῶτὸν εὖρε τὴν ἐαυτοῦ καρδίαν,

A Καὶ πᾶσαν ἔνδοξον ἐνταθεικῶς τὴν ῥύσιν
 Ἄρῃκεν αὐτὴν εἰς ἔνοπλα τάγματα
 Τῷ κατακλυσμῷ Χοσροῦ φρουρουμένην·
 Σχεδὸν γὰρ εἶπεῖν πᾶσα σὲρξ διαφθάρη
 90 Ἐκ τῆς χυθείσης παγγενοῦς ἀμαρτίας·
 Ἔως ἐλαίας ἤλεσμένην κλάδον
 Λαθῶν ἔρωσε τοῦ βίου τὰ λείψαντα.
 Ποῦ νῦν Ἀπελλῆς, ποῦ λαλῶν Δημοσθένης,
 Ὅπως ὁ μὲν σου σωματώσας τοὺς πόνους,
 95 Ὁ δ' αὖ τὰ νεῦρα τῶν λογισμῶν ἀρμόσας,
 Ἐμπνουν ἀναστήσωσι τὴν σὴν εἰκόνα;
 Ὁ Σκηπίων, σίγησον· ἐγράφη νόμος
 Τοῦς σκηπιῶντας Ἡρακλειόνας λέγειν.

penetravit inferi; rabiem compressit canis omnia devorantis; Alcestem excitavit ibi commorantem; B draconem occidit crudelissimum; (75) hydram prostravit multorum capitum pestem, destercoravit vitam fluentem sordibus; Leonem suffocavit mundi corruptorem: et nunc vere opus consummavit Hercules, aureis decerptis malis, id est urbibus. (80) Discessit terra caliginosa noctis; lux est subiuducta, et di-jectae sunt tenebrae: et jam altera instauratur vita, et mundus alter et nova creatura. Atque iste novae terrae novus Noe (85) arcam sibi esse

sensit suum cor. Totam ille intus includens naturam emisit ipsam in armatas acies, a Chosroae diluvio bene custoditam. Ut enim ita dicam, omnis caro corrupta erat, (90) ex ejusdemque generis peccatorum collavie, donec olivae ramo, a quo misericordia, manu sumpto servavit vitae reliquias.

Ubi nunc Apelles, ubi facundus Demosthenes? Ille quidem ut tuos configurans labores, (95) hic autem tuae mentis vires exprimens spirantem constituant tuam imaginem.

Scipio, taceto, scripta lex est: Scipiades Heraclio-

VARIÆ LECTIONES.

91 ἤλεσμένης? 97 ὦ. ὁ ed.

NOTÆ.

Troezenem ad Eurystheum usque perduxit Hercules.

75. De Alcestidis pietate, quæ loco sui vivi Admeti mori elegit et ab Hercule in vitam est revocata et Admeto restituta, præter Euripidem, Palæphatus, *De incred. hist.* c. 41.

74. Draconem pervigilem centum attollentem capita, ut aurea Hesperidum nympharum poma custodiret, Hercules interemit.

75. Idem Lernam [?], monstrum horrendum, cui plura erant colla, quæ exsecta renascebantur, ferro et igne penitus confecit.

76. Idem Angiæ stabulum pene immensum et fumo refertissimum uno die purgavit.

77. Vide supra, v. 68.

78. Hæcæc duos senarios paulum immutatos habes in *Poem. de resurrect.*, v. 106 et 107. Προῖσχυθῆαι τῷ πράγματι, ni fallor, est summum opus aggredi vel summam operis implere. Itaque poeta dicit Herculem opus consummasse, cum aurea poma vel pecudes (per τὰ μήλα enim utrumque recte potest intelligi) ab hortis Hesperidum abstulit, Heraclium autem opus ipsum confecisse, cum totius Persidis civitates devicit. At in *Poemat. cit.* Constantinum Heraclii filium summam laudem assecutum esse dicit, quod sapientium scripta, aurea vere mala, degustavit: Λαθῶν τὰ χρυσᾶ μήλα, τοὺς σοφοῦς λόγους.

80. Vossius *De orig. idol.* lib. II, c. 45, Hesperidum fabulam recte videtur interpretatus: ait enim Herculem esse solem, hortos cum aureis pomis esse caelum cum stellis, Hesperidas autem esse noctem, ita ἀπὸ τῆς ἐπέρας nuncupatas; ac proinde fabule eum esse sensum, ut intelligatur sole exoriente fugari stellas et pelli noctem. Porro Pisida hæc interpretationi favet, qui Heraclio luce pulsas esse tenebras noctis, id est Persidis, hæc ait, et abda Heraclio

C solem disertissime appellat. *De exped.* III, 9.

84. De more ὑπερβολικῶς Heraclium comparat patriarchæ Noe, qui ex unanimi Patrum sententiæ fuit typus Christi.

89. Gen. VII, 12.

91. LXX Interpretes Gen. VII, 11, habent φύλλον ἐλαίας· at Pisida dicens ἐλαίας κλάδον vulgatam versionem nobis commendat, in qua legitur venit columba portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo: nam κλάδος est ramus tener et virens. Cæterum cum ὀλιγγολικῶς loquatur poeta, patet per ramum olivæ tabulam fersam oleaginam, Christi imaginem ἀχειροποίητον referentem, intelligere, qua nuntiatus Heraclius in Chosroam movit. Proinde vero ramum ἤλεσμένην vel potius, si placeat, ἤλεσμένον ipsam effigiem Jesu Christi vocat, per quam scilicet misericordiam Romani sunt consecuti: omnes enim spes suas in ea collocaverat imperator, eique partem victoriae ex Barbaris retulit acceptam. Vide *De exped.* I, 139, et II, 86.

95. Ostendit dignum fuisse Heraclium qui a solo Apelle Goo pingeretur et a solo Demosthene oratorum maximo celebraretur; quibus verbis tacitus Alexandri Magni decretum nobis in mentem revocat, de quo Horatius, *Epist.* II, II, 259.

97. Legem, de qua tam copiose agit noster, fuisse censeo civitatis Cpolitaneæ solenne decretum, quo sancitum, ut videtur, fuit, ut Heraclius imp. in debellandis Persis adhuc occupatus, bello ornata insignitus aliqua in parte urbes pingeretur, et inscriptionis loco elogium scriberetur, in quo præter titulos imperatoribus dari solitos *novus Scipio* vacaretur, omnesque ex Heraclii gente *Scioidae* dicerentur

98. Cur Scipionis cognomen potius quam quodvis aliud

Κοινὸν τὸ δόγμα· νῦν ἀκινδύνως μόνον
 100 Ἐξέσσι δούλοις νομοθετεῖν πρὸς δεσπότης.
 Κύρωσον, ὦ κράτιστε, τὸν νόμον τύπῳ.
 Ἐχεις συνειδὸς, οὐκ ἔχεις ὑποψίαν·
 Ἐχεις ἄμετρα μαρτυροῦντά σοι βέλη,
 Ἐχεις συνοργούς ἐμφύτους τὰ τραύματα,
 105 Ἐχεις ἀγῶνας εὐφραδεῖς συνηγόρους,
 Ἐχεις ἀγῶνας εὐγενεῖς ταχυγράφους,

næ dicuntur. Commune est decretum: nunc solem
 tuto (100) licet servis statuere legem in despotas.
 Confirma, o fortissime, legem tuo typo: tibi testis
 est conscientia, non est suspicio. Tibi fidem innume-
 rare faciunt sagittæ; tibi sunt insiti suffragatores
 vulnera; (105) tibi sunt agones disertis patroni, tibi
 sunt agones nobiles tachygraphi, qui legem scribent

cerentur. Ideirco, ni fallor, paulo ante Apellem et
 Demosthenem, ut in vivis essent, desiderabat, sci-
 licet ut alter coloribus et alter verbis digne, atque
 ut tacti principis dignitas et virtus videbatur
 exposcere, exprimerent imaginem. Quo tamen in
 loco urbis exstiterit hæc pictura non constat: pri-
 mus enim ex scriptoribus Byzantinis hoc narrat
 Pisida, neque inter epigrammata et monumenta
 urbis Cypolitanæ a poetis olim conscripta et a Ban-
 durio diligenter collecta (*Imp. Orient.*, tom. I, lib.
 vii, p. 133), ulla invenitur inscriptio in lapidem
 Heraclii facta. Anonymus plane scriptor apud eum-
 dem Bandurium, tom. I, lib. ii, p. 29, antiquitates
 Cypoleos singulatim describens, refert prope basi-
 licam fuisse monumentum Heraclio dicatum, *Exa-*
mmum dictum, quod Petrus Gillius, *Torogr. Cypol.*,
 lib. ii, c. 19 *Exammion*, appellat. Anonymi verba hæc
 sunt: Εἰς δὲ τὸν τῆς Βασιλικῆς χρυσόφορον ὀπίσω
 τοῦ μιλίου ἦν ἀνδρὸς ἰκελὸν ἀγάλμα χρυσέμβαρρον,
 ἔνθα ἦν τὸ Ἐξαμμὸν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως. Sed
 cum quid sub hac voce *Exammum* lateat nemo dixerit,
 nihil deinitio. Veruntamen non semel tantum cives
 in grati animi testimonium huiusmodi publicos hono-
 res Heraclio decrevisse, non est dubitandum, ac
 noster quidem Georgius testis est alia vice curatum
 fuisse a Cypolitanis ut imperator piingeretur. (*Acroas.*
 seq. v. 64).

aliud cives Heraclio ejusque liberis attribuerint, ut
 ex hoc senario, quod continet decretum, apparet,
 eam puto esse causam, quod merito apud veteres
 magno in honore esset Scipionum nomen: nulla
 enim gens tot claris viris illustris neque tot
 rebus præclare gestis adeo insignis ut Scipiadum
 gens fuit, unde *fortes et duri bello et fulmina belli*
 passim ab antiquis scriptoribus appellati. Atque
 hæc ita esse accipienda, facit etiam auctoritas Theo-
 phylacti Simocattæ, i, 14, qui Philippicum Mauricii
 sororium et militum ducem strenuissimum Scipioni
 pariter fuisse comparatum refert. Unde apparet, id
 quod hominum opinione de Philippico ferebatur,
 postea fuisse lege sancitum de Heraclio.

100. Sæpe Heraclium Pisida appellat *despotam*,
 quem honoris titulum amplissimum fuisse obser-
 vavit Ducangius *Diss. de infer. avi Num.*, p. 55. Sed
 cum ille appellationis huius antiquitatem videatur
 repetere ex nummo Fl. Nicephori, qui circa annum
 Christi 800 regnavit, videlicet annis 200 plus minus
 post Heraclium, animadvertendum fuit jamdiu apud
 Byzantinos invaluisse ut imperatores *despotæ* voca-
 rentur. Neque illud plane constat, quod idem Du-
 cangius adnotat, *despotam* minoris dignitatis titu-
 lum fuisse quam imperatorem. Certe Pisida passim
 Heraclium *despotam* salutatur, ac si quid video, non

A Oὐ τὸν νόμον γράφουσιν οὐ γραφῆ νόθῳ
 Ἄλλ' ἐξ ἐρυθρῶν, ὡς προσίκει, γραμμάτων·
 Τὸ σὸν γὰρ αἷμα τοῖς γραφεῦσιν ἀρκέσει.
 110 Πλούταρχε, σίγα τοὺς παραλλήλους γράφων.
 Τί πολλά κάμνεις καὶ στρατηγούς συλλέγεις;
 Τὸν δεσπότην ἐκφραζε, καὶ γράφεις ὅλους.
 Ἦδη γὰρ ὁ Πλούταρχος ἐξῆραι θέλων
 Τὸν τοῦ Φιλίππου καὶ πρὸς ὕψος ἀρπάσαι,

fictiliis coloribus, sed rubricatis, ut est conveniens
 litteris: tuus enim sanguis sufficet scribentibus.

(110) Silvas, Plutarche, Parallelorum scriptor. Cur
 undique tanto studio duces colligis? Despotam elo-
 quere, et de omnibus scripseris. Jamdiu Plutarchus
 cum vellet extollere filium Philippi ipsumque in
 altum efferre, (115) contendit omnibus ostendere

NOTÆ.

alia inter imperatoris et despote appellationem diffe-
 rentia intercessit, quam ut ille regiam dignitatem,
 altera potestatem in subjectos populos indicaret. Ita
 Noster *De exped.* ii, 99, Heraclium inducit ita de Deo
 loquentem: Ὁὗτος δὲ κοινὸς βασιλεὺς καὶ δεσπότης.
 Aperte autem hic vim vocis *δεσπότης* declarat, cum
 ἐμφατικῶς dicit nunc tantum licere servis legem
 ferre in despotas; quibus verbis propriam relatio-
 nem adnotat, quam habet princeps, ut dominus vel
 despota, ad servos.

101. Utrum Heraclius decretum confirmaverit,
 non liquet. Τόποι dicebantur principum constitu-
 tiones et decreta: sed hic τόπος est nota approba-
 tionis, vel regia subscriptio. Vide Ducangium *Lex.*
Gr. v. τύπος.

C 102. Codex habebat συνειδὸς cum ὁ superius
 scripto, quid esse retinendum certum est.

104. Heraclium ad Sarum flumen fuisse vulne-
 ratum, testis est Theophanes, p. 263. Vide *Poem.*
de resurrect. 116.

106. De tachygraphis, ἀπὸ τοῦ εἰς τάχος γράφειν
 a celeriter scribendo dictis, qui ὀξυγράφοι etiam
 eodem sensu vocabantur, videndos Montfauconius,
Palæogr. Gr. lib. i, c. 5. Hi erant scribæ e notario-
 rum numero ad litteras et decreta imperatorum ve-
 loci calamo exseribenda destinati.

107. Cum γραφῆν νόθον dicit, intelligit, opinor,
 fictitios colores, quibus utebantur scribæ in libris
 exarandis, videlicet atramentum aliasque huius-
 modi misturas, ut est in Plinio lib. xxxv, p. 687.
 Nam Pisida aperte alludens ad imperatorias super-
 scriptiones, quæ minio cinnabari et sacro encausto
 fiebant, hisce fictitiis coloribus unum opponit san-
 guinem, quo sincerior plane nullus color.

D 108. De coloribus rubris purpureis aureis ad fir-
 mandas leges adhiberi solitis, nuper laudatus Mont-
 fauconius, lib. i, c. 1, qui colores erant in hunc
 usum imperatoribus reservati. Ac tanta erat erga
 eosdem imperatores vel in rebus minimis civium
 Byzantinorum reverentia, ut quidam esset vir no-
 bilis qui *cuniculum*, hoc est vasculum in quo sacrum
 encaustum continebatur, asservaret, quique ὁ κα-
 νικλειος, *cunicleii præfectus*, diceretur.

110. Παραλλήλους, id est βίους, *Vitas parallelas*
 Plutarchi, opus plane pretiosum.

115. Heraclium omnibus bello claris ducibus an-
 teferre studens Plutarchum insimulat, quod in
 scribenda Vita Alexandri virtuti ejus plurimum,
 fortunæ parum tribuerit. Exstant inter opuscula
 maximi huius scriptoris geminae orationes sub hoc
 titulo, περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς, quas
 legisse cum non pœnitebit qui velit noscere quam
 ingeniose Græcus homo Græci principis laudes
 prosequatur.

- 115 Ἐσπευθε δαίξαι πᾶσιν ὡς ἐναντία:
Κατεῖχον αὐτὸν ἀντιπράττουσαι τύχαι·
Οὐκ ἠγνόει γὰρ, δεινὸς ὢν λογογράφος,
Ὡς εἴπερ αὐτὸν εὐτυχοῦντα συγγράφοι,
Δώσει τὸ μικρὸν ἀντ' ἐκείνου τῆ τύχῃ.
- 120 Ἄλλ' εἶχεν, ὦ Πλούταρχε, τῆς τύχης πλέον
Ὅ σὸς στρατηγὸς δραστηκοῦς τοὺς συμμάχους.
Τίς δὲ στρατὸν γέμοντα Περσικοῦ φόβου,
Παρ' οἷς τὴ φεύγεν ἦν ἀκίνδυνος μάχη
Φύσις τε λοιπὸν ἐξ ἔθους ἐγένετο,
- 125 Ἐπεισεν ἑπλοῖς καὶ καθώπλιτο λόγοις,
Καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς δαίξαι μεθαρμύσας
Εὐτολμίαν ἔδειξε τὴν ἀτολμίαν,
Εἰ μὴ τὸ σὸν φρόνημα καὶ τὸ σὸν κράτος
Ἦγειρον αὐτοῦς, ὡς ἀκινήτους λίθους
- 130 Τὴν γῆν βαροῦντας τοῖς ἀκάρποις φορτίοις;
Ποῦ τῶν Ἀθηναίων αἱ πρὸ τούτου ζωγράφοι,
Οἱ τὸν στρατηγὸν Τιμόθεον ἐν ταῖς μάχαις

- A Κοιμώμενον γράφοντας, εἶτα τὴν τύχην
Ἐκείθεν ἐνθεν ἐνδιδοῦσαν τὰς πόλεις;
- 135 Δέον γὰρ αὐτοῖς νῦν ἐναντίως γράφειν,
Τὴν μὲν τύχην σοι πανταχοῦ κοιμωμένην.
Μᾶλλον δὲ τοῖς σοῖς ἀντερίζουσαν πόνοις,
Σὲ δὲ στρατηγὸν διπλοκινδύνου μάχης,
Καὶ πρὸς τύχας καμόντα καὶ πρὸς Βαρβάρους.
- 140 Πόθεν μετῆλθεν εἰς βαφὴν ἐναντίαν
Ἢ τῶν τριχῶν σου χρυσομίμητος κόμη,
Ἢ ἔβαψεν αὐτὴν ἡ χιῶν τῶν φροντίδων.
Καὶ ποῦ μετέστη τῶν μελῶν ἡ λευκότης;
Πύρωσις αὐτὴν ἀνταναΐλεν ἡλίου.
- 145 Ἀπεικὸς οὐδὲν, ἀλλ' ὅμως στοχάζομαι,
Ἐν τῷ διαίχθεσθαι τοὺς ἰδρωτάς τῶν πόνων
Ἢ λευκότης μετῆλθεν εἰς τὴν καρδίαν.
Οὐκ ἔρκεσάν σοι πρὸς τυράννους αἱ μάχαι,
Οὗς ἡ παναλκῆς ἐξεπάρθησε κρίσις
- 150 Θᾶπτον λογισμοῦ, καὶ σχεδὸν πρώτης τύχης,

quod adversa ei semper obstiterit fortuna. Non ignorabat enim, scriptor cum esset callidus, quod si eum fortunatum scriptis tradidisset, ab ipso ad fortunam transtulisset victoriam. (120) Verum habuit, Plutarche, quod fortunam superat, tuus ille dux commilitones strenuos. Quis vero exercitum plenum timore Persico (cui fuga de more erat pugna sine periculo et mos jam in naturam transierat) (125) quis suavit ad arma, et armavit sermonibus, et timore, qui eis inerat, immutato in alacritatem convertit socordiam? Quis, nisi tua sapientia et tua potentia collegit ipsos, qui velut immobiles lapides (130) terram gravabant inutili pondere?

Ubi illi veteres Athenienses pictores, qui ducem Timotheum inter praelia obdormientem pinxerunt,

et prope fortunam hinc illinc ipsi tradentem urbes? (135) Opus enim eis nunc esset contra pingere fortunam quidem tibi prorsus obdormientem vel potius tuis obsistentem laboribus: te vero ducem in duplicis periculi bello contra fortunam commitentem et contra Barbaros.

(140) Unde conversa est in colorem contrarium capillorum tuorum auro similis coma? Infecit ipsam nix sollicitudinum. Et quo ille abiit membrorum candor? sustulit ipsum solis adustio. (145) Affirmare quidem possim, sed tamen conjicio, quod in effundendis inter labores sudoribus totus ille candor ad cor pertransierit.

Tibi satis non fuerunt in tyrannos bella, quos omnipotens profligavit iudicium (150) cogitatione

VARIAE LECTIOES.

130 πρὸ τῆς?

NOTÆ.

116. Pauca ex secunda Oratione Plutarchi, tom. III, p. 340 *ed. Londin. an. 1729* liceat ad rem nostram proferre: Ἀλεξάνδρῳ τί παρ' ἀξίαν, τί ἀνιδρωτὶ, τί ἀναιμωτὶ, τί προίκα, τί μὴ πονήσαντι τῶν μεγάλων; ποῦ σὺ καὶ τότε ταῖς Ἀλεξάνδρου πράξεσιν ὄδῳ ἰδωκας; ποῖαν πέτραν ἀναιμωτὶ διὰ σὲ εἶλε; ποῖαν πῖλιν ἀρροῦρητον αὐτῷ παρέδωκας ἢ ποῖαν ἀνσπλον φάλαγγα; τίς εὐρέθη βασιλεὺς βᾶθυμος ἢ στρατηγὸς ἀμείλις ἢ κοιμώμενος πυλωρός; Ἄλλ' οὐδὲ εὐθατος ποταμὸς, οὐδὲ χερμῶν μέτριος, οὐδὲ θέρος ἄλυτον.

118. Codex habet ὁ superpositum vocis ὡς. Sed nulla, ut videtur, ratio immutande lectionis.

121. Inter duces, quorum ope Alexander Græciam Persiam et Indiam subegit, laudantur Parmenio, Hephaestion, Perdica, Seleucus, Ptolemæus, Lysimachus, Antipater, Craterus, Antigonus, Cassander, Arideus.

122. Theophanes p. 256 ita de Romanis: Οἱ γὰρ πρὶν μηδὲ Περσικὴν κόνιν τολμήσαντες ἰδεῖν νῦν, κ. τ. λ.

126. *De exped.* II 116 quid simile.

128. Codex habet καθώπλιζες, sphabate manifesto.

132. Timotheus Atheniensis homo clarus et princeps civitatis, qui vulgo εὐτυχῆς est appellatus.

Utrum hic ille Timotheus fuerit Cononis filius, cujus vitam nobis scriptam reliquit Cornelius Nepos, ut nonnullis placet, valde dubito. Frustra sane quaerens in Nepote quæ Pisida hic narrat. Ea de re nonnihil attigit Aristophanes in Πλούτῳ 180, dicens Ὁ Τιμόθεου δὲ πύργος, at Timothei turris in caput tuam incidat; ad quæ ita scholiastes adnotat: Ὁ Τιμόθεος πλούσιος, ἅμα δὲ καὶ ἑλλῆνος ἀνὴρ, στρατηγὸς Ἀθηναίων, ταῖχος οἰκοδομήσας εἰς τοσαύτον ἤρθη τῆς τύχης ὡς τὴν δαίμονα ἐν ὄψει φαίνεσθαι πούτῳ· καὶ ἐν Ἀθήναις ἐν εἰκόσιν ἐποίησεν αὐτὸν κοιμώμενον οἱ ζωγράφοι, καὶ τὰς τύχας φερούσας αὐτῷ εἰς δίκτυα πόλεις, καὶ κερθαύοντα αὐτὰς, αἰνιττόμενοι τὴν εὐδαιμονίαν αὐτοῦ. Scholiastæ verba in Suidæ Lexicon translata invenies v. Τιμόθεος.

140. Heraclii formam ejusque flavam cesariam alibi laudat poeta, *De exped.*, III, 99, atque idcirco etiam, opinor, ipsum imperatorem modo solem, modo Phœbum appellat. Vide *ibid.*

150. *Prima fortuna* Heraclius tyrannum Phœcum devicit: cum enim ex Africa Cypolim appulisset, statim seditione mota factiones Phœcum interfecerunt et Heraclium regem salutarunt. Vide Theophanem, p. 244.

Εἰ πέρ τις ἔστι καὶ τυραννίδος τύχη·
 Οὐκ ἤρκεσάν σοι φρουρίων πολυτρόπων
 Ἐμφυλίων τε καὶ ξένων καὶ Βαρβάρων
 Ἄλλαι μετ' ἄλλας συμπλοκαὶ καὶ συγχύσεις.
 155 Οὐκ ἤρκεσάν σοι τοῦ στρατοῦ τὰ πράγματα,
 Ἄλλ' εἰς τοσαύτην εὐσεβῶς ἀπληστίας
 Ὅριξεν ἤλιθος, ὥστε καὶ τῶν ἐγκάτων
 Ἐντὸς παρελθεῖν τῆς ἀθέσμου Περσίδος.
 Πόλους στρατηγούς ἢ Σταγειρίτας ἔχων
 160 Ἐπῆλθες εἰς γῆν εὐτοχούντων Βαρβάρων;
 Οὐ τὰς ἀπαίρους τῆς ὁδοῦ διαστάσεις
 Ὅσος λογισμὸς ἐννοεῖν συνεστάλη,
 Βλέπων μάλιστα καὶ τὰ νεῦρα τῆς μάχης,

Α Τὸν πλοῦτον, ἐκρούσαντα πρὸς τοὺς Βαρβάρους.
 165 Οἱ μητρὸς οἶκτος πυρσὸν ἔμφατον πνέων.
 Ἐπέσχεν ὕμᾶς· οὐ τὰ τέκνα σου τότε,
 Οἱ φυχαγωγοὶ μαργαρίται τοῦ βίου,
 Στοργῇ δεθέντα φυσικῇ παρεκράτουν.
 Οὐκ εὐλαβήθης τὰς ἐνοχλοῦσας νόσους;
 170 Οὐ τὰς δι' ἡμᾶς ἀντιπραπτούσας τύχας,
 Εἰ χρὴ καλεῖν με τὰς ἁμαρτίας τύχας.
 Ἄλλ' ὡς ἄταρκος, καὶ μόνος δοκῶν ἔχειν
 Ἦ σῶμα χαλκοῦν ἢ σιδηρᾶν καρδίαν,
 Ἄπῆλθες, ἐστράτευσας, ὡπλίω πάλιν
 175 Εἷς ἀντὶ πάντων. Ὡ φιλόανθρωπος ζέεις
 Πάσης ἀνάγκης ὀραστικῆς ὑπερτέρα!

cilius et prope prima fortuna, si qua tamen est vel in tyrannide fortuna. Tibi satis non fuerunt variarum sollicitudinum ex civibus, ex exteris, ex barbaris, aliæ cum aliis implicitæ et mixtæ curæ. (155) Tibi satis non fuerunt exercitus munia, sed in tantam pietatis studio aviditatem appetentiamque venisti, ut etiam in intimas partes penetraveris abominandæ Persidos.

Quos vero duces aut Stagiritas habens (160) in terram processisti fortunatorum barbarorum? Non immensas itineris distantias tua mens recogitans contracta est, præsertim cum videres etiam nervos

belli, divitias, defluxisse ad Barbaros. (165) Non matris pietas insitam flammam excitans tum te distinxit, non item tui filii, pretiosæ margaritæ, præsidia vitæ, etsi vehementi amore devinctum retardarunt. Non reformidasti tumultuantes morbos, (170) non tibi nostra causa obsistentem fortunam, si mihi fas est vocare peccata fortunam. Sed veluti non constares carne, et solus haberes aut corpus æneum aut cor ferreum, discossisti, unaque simul factus es dux et miles, (175) unus pro omnibus.

O fervens humanitatis vis omni necessitate for-

VARIÆ LECTIÖNES.

158 ^{πρὸ} παρελθεῖν PV. 168 ^{φ σ} φυκικῆ P, φυκικῆ ed. v. 171 om. codices.

NOTÆ.

153. Ἐμφυλίων, civium dissidia, quibus tota flagrabat civitas, quando Heraclius imperator est renuntiatus. Ξένων Abarum fraudes et damna, de quibus plura in *Poem. de bell. Abar.* Ac si quis ξένων malit vertere *hospitum*, non repugno, satis enim ex Pisida apparet in principio laudati poematis Ahares fuisse veluti hospitio receptos a Romanis et contribules factos. Demum Βαρβάρων Persarum bella et inhumanissimæ cordes.

155. Dixerat enim, *De exped.* II, 44, Heraclium invenisse exercitum nulla militari disciplina exercitatum et otio diffluentem; unde supra v. 150 Romanos milites lapidibus terram inutili pondere gravantibus comparavit.

158. In codice supra primam syllabam verbi παρελθεῖν legitur πρὸ. Et παρελθεῖν et προσελθεῖν recte.

159. Duo proximi senarii citantur a Suida in v. Σταγειρίτης. Stagira oppidum Macedoniæ, patria Aristotelis, qui fuit Alexandri præceptor. Iterum Alexandro Heraclium videtur tacite prætulisse. Vide supra v. 115 et seqq.

160. Persas εὐτοχούντας appellat, ut in invidiam trahat, qui non virtute duce, sed comite fortuna Chalcædonem usque victores pervenerant.

165. Etiam hi duo senarii inveniuntur in Suida v. νεῦρα. Hi Æmilius Portus ἐκρούσαντα vertit *desistere pro defuisse*. Heraclii magnanimitatem ex eo laudat poeta, quod a bello suscipiendo non destiterit, quamvis ei vires non viderentur suppetere et pecunia jam ad hostes transisset: nam Persæ, ut narrat Theophanes, p. 252, jam ab anno Heraclii ὀ collecta capitivorum multitudine, spoliis etiam amplissimis et pecuniarum vi asportata, suas in provincias redierant; ita ut Heraclius, eodem Theophane teste, p. 257, in summa argenti inopia Magnæ ecclesiæ vasa et candelabra eundem nominis usurpaverit. Τὸν πλοῦτον εἶπαι καὶ τῆς μάχης νεῦρα multi

veteres scriptores dixerunt, quos recenset Menagius in Diogene Laert. *Vit. Bionis*, 48, qui dicere solebat τὸν πλοῦτον νεῦρα πραγμάτων.

169. Suidas in v. εὐλαβήθης citat hunc iambum, et, ut puto, melius quam noster codex habet ηὐλαβήθης pro εὐλαβήθης. Vertit Æmilius Portus: *Non reformidasti molestos morbos. Sed ἐνοχλοῦσαι νόσοι* hic non modo *molesti* sunt morbi, sed intestini, ex civilibus dissidiis orti, quos summo studio componere curaverat Heraclius, priusquam in Persidem contenderet.

171. Hunc iambum, qui in codice desideratur, supplevimus ex Suida in v. τύχη. cives Cipolitani in factiones divisi et intestinis dissidiis distracti occasionem Chosroæ præbuerunt ut facilius imperium Romanum invaderet et ab Hierosolyma vivificum sanctæ crucis lignum in Persidem asportaret. Hanc quidem tantæ calamitatis fuisse causam cognoverunt statim Byzantini ac fassi sunt, apud quos nullis etiam post annis hæc fama perduravit, siquidem in Παράλληλοις S. Joan. Damasceni, I, II, p. 749, hæc leguntur: Τοῦτο καὶ ἡμῖν ἐκ τῶν ἡμετέρων συμβέβηκεν ἁμαρτημάτων· καύχημα καὶ ὄξασμα πάντος γένους Χριστιανῶν ὁ σωτήριος σταυρὸς καὶ ἡ ζωηφόρος ἀνάστασις ὑπῆρχον, ὅτινα δια τὴν μεμιαμμένον βενετοπράσινον ὄνομα, ὃ ἐπεθήκαμεν ἑαυτοῖς καὶ ἐβδολύθημεν ὑπὸ Χριστοῦ τοῦ ἀγιάσαντος ἡμᾶς τῷ θεῷ αὐτοῦ ὀνόματι, εἰς χεῖρας μεμιαμμένων παραδόθησαν καὶ ὑμείνθησαν. Ac paulo post: Μάθοιμεν. . . τί τὸ αἴτιον τῆς καταλαβούσης ἡμᾶς ἀναρχίας καὶ συγχύσεως. . . ἐμαλύνουμεν γὰρ πρὸς τοῖς μυσίοις ἡμῶν ἀτοπίμασι καὶ ἐμφυλίοις αἵματι τὴν ἀγίαν καὶ τῷ παντὶ κόσμῳ σεβασμίαν τοῦ θεοῦ ἡμῶν πόλιν· ὡς καὶ μετανάστην γενέσθαι ταύτης τὸν τίμιον σταυρὸν τὴν ζῶην ἡμῶν. Hæc placuit referre, quia sæpe Pisida eadem aut similia repetit

Ποίαν, στρατηγέ, χειρὸς ἔκτασιν φέρων,
 Ποίαν δὲ μέχρι τῶν νεφῶν εὐρὸν βάλιν,
 Σκαυτὴν ἐξέτεινας, ὥστε σε φθάσαι
 180 Καὶ τὴν πρὸς ἄκρον ὑπερηρμένην τύχην
 Τοῦ πυρσολάτρου Χοσρόου κατασπάσαι;
 Ἦ δὴλον ὡς ἢ χεὶρ μὲν ἐκ τῶν ἰκμάδων
 Τῆς εὐσεβείας εὐκλίως ἐταίνατο,
 Πέτρα δὲ σαί τις οὐρανῶν ὑπερέτρα
 185 Ὁ Χριστὸς ἐγγὺς εἰς βᾶσιν παρίστατο,
 Δι' οὗ τὸν ἐχθρὸν ἐν κακῆς ἐπιηρμένον
 Ἐκ τῶν νεφῶν καθείλες ἐν τῷ Ταρτάρῳ.
 Ποίαν παρῆλθες μὴ τεθλιμμένος κρῖνον
 Τῆς γῆς ἀπάτης θυσεβδῶς πεφλογμένης;
 190 Τὸ πῦρ γὰρ εἰκὴ προσκυνῶν ὁ Χοσρόης
 Οὐκ εἰς τὴν σῶζειν εἶχεν, ἀλλ' εἰς τὸ φλέγειν.

tiori fortior! quales, o dux, supinas ferens manus, quamque usque ad nubes protendens basim te ipsam extulisti, ut praeverteres (180) et ad fastigium evectam fortunam ignicolae Chosroae prosterneres? At plane constat quod manus a vaporibus tuae pietatis facile intendebantur; petra vero tibi caelis sublimior (185) aderat prope ad basim Christus, cujus ope inimicum in malis superbientem a nubibus dejecisti in Tartarum.

Quale perfecisti non defatigatus iter per omnem terram impie combustam? (190) Ignem enim, quem temere colebat Chosroes, non ad servandas, sed ad urendas res adhibuit. Quidnam igitur deserta per-

A Ἦὼς οὖν παρῆλθες τὰς ἐρήμους ὡς πόλεις,
 Εἰ μὴ δι' αὐτῆς τῆς νοουμένης πόλης
 Ἐλθὼν εὐδείχθης ἀπλαντῆς ὁδοιπόρος;
 195 Ὡ γὰρ ἀληθῆ δεικνύων τὴν πορφύραν
 Πορφύρεται γὰρ εἰς βαρῆν αἰκονίαν
 Ἰδρῶσι τοῖς σοῖς εὐσεβῶς ἤμαχμένη.
 Μένει δὲ λευκῆ, καίπερ οὔσα πορφύρα
 Καὶ τῆ νέξ στίλβουσα καλλιεργία,
 200 Ὅσον φορεῖται, μαιζόνως λαμπρόνεται.
 Χαῖρε, στρατηγέ, κοσμικοῦ γενεθλίου
 Τὴν οὖν γὰρ ἄθλον πᾶσα χώρα καὶ πόλις
 Ἐμπρακτον οἶδε τοῦ βίου γενεθλίον.
 Τὸν παντάθλου εἰς ἄκρον ἔγυσαρ ὀρέγων
 205 Ἰδρῶν, ἐλαύνων, ἀντεγαίρων, συντρέχων,
 Ἦὼς καθείλες παραβάτην Χοσρόην.

B agrasti ut urbes, nisi quia per eam, quam mente concipitur portam egressus apparuisti tutus peregrinator.

(195) O vere nunc ostentans purpuram! purpurascit enim ex immortalis colore, cum tuis sudoribus sit pie eruentata; manetque candida, quamvis sit purpura, et novo fulget opere exornata: (200) nam quo magis usa teritur, nitet magis.

Salve, dux, per quem mundus renascitur: tuum enim certamen omnis urbs et regio vitae natalem sensit esse efficacem. Quintuplicem perfectissime perfecisti cursum, (205) sudans, impellens, incitans, concurrans, donec dejecisti armatum Chos-

NOTAE.

180. Confer. *De exped.* II, 54 et seqq.

181. Vule *supra* v. 2 et 14, ubi plura de Persarum pyrrolatria, quae occasionem eos irridendi praebuit Maximo Tyrio, dissert. 58: Πέρσαι μὲν πῦρ ἀγαλμα ἐφήμερον, ἀκέραιον καὶ ἀδηράγον· καὶ θύουσιν Πέρσαι πῦρ, ἐπιπροσθύντες αὐτῷ τὴν πυρὸς τροφήν, ἐπιλέγοντες: « Πῦρ δέσποτα, ἔσθιε. »

185. Ephes. II, 20.

189. Chosroes Romanorum regiones non modo spoliare sed etiam igne vastare contendit; quod an ex animi sui feritate an ex vanae religionis principio factum fuerit, nescio. Constat autem in more fuisse etiam apud veteres Persas ut agros urbesque incenderent: nam Xerxes, Herodoto teste, lib. VIII, p. 474, totam Aetiam exussit. Quod fuit in causa ut Maximus Tyrius Persas acriter reprehenderet his verbis: Τοῦτο τῷ ἀγάλματι καὶ τῷ θεῷ καὶ τῇ Ἐρέτριαν ἀναλώσει θεόκατα καὶ τὰς Ἀθήνας αὐτάς καὶ τὰ Ἴωνων ἱερὰ καὶ τὰ Ἑλλήνων ἀγάλματα.

195. *Νοουμένον* est *quidquid mente concipitur et sub intelligentiam cadit*: opponitur autem τοῖς ὁρωμένοις et αἰσθητοῖς, rebus visibilibus et sensibilibus. Itaque νοουμένη πόλις porta intellectualis, per quam egressus est Heraclius, vel est pietas vel sapientia, vel tandem Deus, quo duce et comite a recto itinere aberrare non potuit.

200. Alludit ad diem natalem imperii, qui dies τὸ γενεθλίον simpliciter dici solebat et magna omnium ordinum solemnitate celebrabatur; unde γενεθλίον ἱππικὸν et γενεθλιακὴ θεωρία, natalitia ludi circenses et natalitia spectacula a Theophrasto, p. 191 et 195 memorantur, quae in diem 11 Maii incidebant.

202. Saepe Heraclium ut athletam representat, ac nullibi sane apertius quam hic et in sequentibus

C iambis. Itaque inducit Heraclium et Chosroam veluti inter se certantes cursu: theatrum sive circus est terra universa, spectatores sunt omnium urbium cives, iudex est Deus. Huc faciunt quae diximus supra, v. 51.

204. Ut summum athletam fuisse Heraclium demonstrat, quinque cursum vel certaminum victoriam ei tribuit: ut enim antiquitatum scriptores tradunt, illi inter athletas habebantur peritissimi, qui πεντάθλω sive *quinque certaminum generibus* decertassent, videlicet cursu, saltu, disco, jaculo, lucta; ac proinde πεντάθλω sive quod idem est *quinquertionis* laus tam insignis apud veteres fuit, ut qui in illis quinque exercitationibus eminent, πένταθλοι vel *quinquertiones* dicebantur. Quae quidem laus tam late patuit, ut qui aliquo virtutum genere praestarent, translative πένταθλοι appellarentur. Quod de Democrito dictum refert Diogenes Laertius, lib. IX, 57: Ὡς πεντάθλω εἶπες ὁ φιλόσοφος· καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος.

205. Ἀντεγαίρων, hinc inde stimulo vel flagello incitans equos, ut in multis antiquis monumentis representantur aurigae.

206. Παραβάτην recte vocat Chosroam, tum quod legis violatorem *parabatam* vocabant Graeci, ut observavimus *De exped.* II, 289, tum quod in curribus, quibus utebantur veteres non modo in bello, sed etiam in spectaculis, duobus erat locus, scilicet ἡνάχω aurigae et ἐπλίτη vel παραβάτη militi vel *parabate*; modo huiusmodi currus δίφοροι dicebantur, ut aperte interpretatur Eustathius in Homerum *Iliad.* I, 262 *ed. Florent.* p. 850: Δίφορος τόπος τοῦ ἄρματος ὁ τοὺς βηθέντας φέρων διὰ καὶ δίφορος λέγεται, ὁ οἰονεῖ, δίφορος, καὶ τροφῆ καὶ συγκοπῆ δίφορος. Videas ibidem commentaria P. Poëlli et Schelle-

Κατεπλάγησαν οἱ πρὸ σοῦ διφροστάται
 Ἐν τῇ τοσαύτῃ τοῦ δρόμου παρεκτάσει
 Ὅρωντες ὕμων τοὺς τροχοὺς βεθηκότας.
 210 Καὶ πᾶς ὁ τῆς γῆς δῆμος ἐκ τῶν τεττάρων
 Ὑμνησε πλευρῶν ἐν θεάτρῳ τῷ βίῳ·
 Κοσμοῦσι πάντες σοῦ φανόντος τὴν πόλιν,
 Ἄνοθι δὲ συλλέξαντες ἐψυχομένα
 Στέρουσι ὕμας ταῖς προτευχαῖς ὡς βόδοις.
 215 Τὰς κοσμικὰς γὰρ ἐξανοίγει σοι θύρας
 Ὁ τῶν ἀγώνων βραβευτὴς καὶ δεσπότης,
 Δι' ὧν προελθὼν παγγενῆς νικηφόρος
 Ἔχεις ἀχραντὸν τὴν ἀφ' ὕψους εἰκόνα.
 Οὕτως ἀπλήστως ἐκχυθεῖς πρὸς τοὺς λόγους
 220 Στέργω δι' ὕμας τὴν καλὴν ἀπλησίαν.
 Τί πρῶτον εἰπὼν, ποῖα συγγράφων μέσα,
 Τῶν ἐσχάτων σου δράξομαι προσιμίον;
 Ἄντεμπλοχὴ γὰρ συγκροτεῖται καὶ μάχη
 Τῶν σῶν ἀγώνων νῦν ὁμοῦ μεμιγμένων,

roam. Obstupuerunt ante te aurigæ, quod in tanta cursus extensione viderent tuas rotas non esse imminutas. (210) Tum vero omnis mundi natio ex quatuor partibus tibi plausit in theatro vitæ. Omnes suam ornant te apparente civitatem, et floribus collectis vitalibus, coronant te precibus tanquam rosas. (215) Tibi enim mundi late portas adaperit certaminum arbiter et Dominus, ad quæ processisti victor in omnibus, tenens intactam desursum imaginem.

Sic in sermones effusus inexplebiliter (220) per te tam pulchram inexplebilitatem prosequor. At quid C
 primum dicam, quæ scribam in medio? An ex ultimis sumam initium? Hinc enim inde conflatur conflictus et pugna ex tuis agonibus una simul com-

A 225 Καὶ μῆτις ὡσπερ γίνεται μοι καὶ στάσις,
 Ὅσπερ βέοντων τῶν ποταμῶν τῶν ὀχθρίων
 Ὁ πόντιος ῥοῦς ἴσταται μεμιγμένος.
 Οὕτω γὰρ ἐκβλύσαντες ἐξ ἐνὸς πόρου
 Τῶν σῶν ἰδρώτων οἱ ποταμοὶ μεμιγμένοι
 230 Ὡθοῦσι καὶ σφύζουσιν ὡσπερ ἐκ βίας
 Ἄλλος τὸν ἄλλον, ἐκδραμεῖν ἠπειγμένοι
 Καὶ ταῖς ἀθύσσοις ἐνταθῆναι τῶν λόγων.
 Καὶ πού τις αὐτῶν εἶπερ ἐμύριθεστέρῳ
 Τάχει προκύψει πρὸς τὸν ἄλλον, εὐθέως
 235 Ὁ νοῦς μεταστάς ἰδέσθως μερίζεται,
 Ὡς ἐξ ἀνάγκης λοιπὸν ἐστενωμένος
 Εἶργειν ἑαυτοῖς τὴν φερόν τῆς ἐξόδου,
 Ἔως ὁ σὸς νοῦς καὶ τὸ πηγάζον στόμα
 Λύσει τὰ πολλὰ τῶν λόγων ἐμφράγματα.
 B 240 Ὅμως ἀπλώσας βίψοκινδύνῳ θράσει
 Τὸν νοῦν, ἐπ' αὐτῶν νήχομαι τῶν πραγμάτων.

mistis. (225) Ac mihi quædam veluti cietur turba et seditio, sicuti ex fluentibus imbre adauctis fluvii maris unda remanet immista. Ita enim educti ex una scaturigine sudorum tuorum fluvii permisti (230) subsilientes instant, tanquam ex impete alius post alium adacti currere, et in abyssos sermonum scribentes trudere. Ac si quis forte ex ipsis magis contento cursu incumbit in alterum, repente (235) mens abrepta dulciter dividitur, ut ex necessitate demum pressa angustiis inhibeat omnibus exitus vias, donec tua mens et os tuum fontis instar perenne solvat tanta sermonum impedimenta. (240) At nunc audaci et exporrecta impavidus mente nare ipsa inter gesta instituo.

VARIÆ LECTIONES.

209 ἰμοῖν P. 226 ὁμῶρων codices. 231 τὸν ἄλλον P. τῶν ἄλλων ed. 239 λύση cod.

NOTÆ.

rum *de re vehic. vet.* 1, 7, p. 71. Jure autem meritoque primo sensu *parabata* dici potuit Ghosroes, qui non modo Mauriti imperatoris filius vocari voluit, sed etiam religionis Christianæ veritatem fateri vel agnoscere non dubitavit: ut enim narrat Theophylactus Simocatta, Ghosroes Romanorum beneficiis devinctus ἠμολογεῖ μέγιστον εἶναι ἀπάντων θεῶν τὸν παρὰ Ῥωμαίοις Χριστὸν θρησκευόμενον καὶ τιμώμενον, καὶ ἀπολύτω τῷ στόματι τὴν πάλαι θρησκείαν ὠθέλιζε.

207. Διφροστάτης, ut patet ex iis quæ nuper dicta sunt, idem ac *ἡλόχος auriga*, quod ille staret in summa et anteriori parte diphri, et post eum esset parabata vel parabata, id est vir armatus, qui e diphro esset pugnaturus, ita tamen ut utrisque esset locus in eadem parte anteriori, cum esset dimicandum, ut apparet ex Selinuntinorum nummis apud Goltzium, *De re nummar.* tom. IV, in quo duo stant in diphrum inclinati, quorum alter est *ἡλόχος* cum intenso ad ietum aren, alter vero est *ἡλόχος*, qui habeas regit et equos impellit.

212. Vide supra v. 202.

215. Hoc non intelligo de urbe Cpoli, in quam post septem annorum bellum triumphatur Persis subactis ingressus est Heraclius, ut est in Theophane, p. 275, sed de omnibus civitatibus per quas pertransibat imperator, antequam in urbem

se recepisset.

216. Vide supra v. 202: Βραβευτὴ *designator et ludorum præfectus*, qui etiam dicitur invenitur ἀγωνοθέτης, ἀθλοθέτης, ἀγώνων δαθέτης, ἀθλων ἐπιμελητὴς, προστάτης, ἐπόπτης, quibus nominibus supra a Patribus Deus bene certantibus distribuens præmia appellatur. Confer *Theo. Eccl. Sueri*. Ego autem cuncta apponenda esse et βραβευτὴς scribendum esse puto, ut soluta diphthongo, spondei loco, quem metri ratio non admittit, habeatur iambus.

217. Παγγενῆς νικηφόρος, qui in omni athletico certamine victor evadit; peræque ac si Heraclium vocet πένταθλον. Vide supra v. 204.

218. Imaginem ἀχειροποίητον, de qua plura *De exped.* 1, 140 et seqq.

221. Succurrit illud Homericum *Odys.* ix, 14: Τί πρῶτον, τί δ' εἶπειτα, τί δ' ὀσπῆτιον καταλέξω;

226. Codex habet ὁμῶρων reclamante metro.

238. Pisida, ut videtur, hæc scribebat Heraclio in Perside adhuc agente, necdum Persico bello penitus confecto; qua de re ait se dubium et hærentem abstinere ab exornandis iis quæ nondum satis clare et distincte ab imperatore gesta fuisse ferebantur, donec idem ipse imperator rediit in urbem, res ut erant gestæ, ea qua pollebat dicendi facilitate, singulatum enarraret, λύων τὰ πολλὰ τῶν λόγων ἐμφράγματα.

Ῥώμη, δίκασε τὴν ἰσόδροπον κρίσιν·
 Πολλῶν στρατηγῶν εὐπορήσασα φράστον
 Πόλι δουκεῖ σοι συμβαλεῖν τὸν δεσπότην,
 Μόνος τετάχθω, φησὶν, οὐκ ἔχων ἴσον.
 5 Ἦδη μὲν οὖν ἐσθραστο τῆς τυραννίδος
 Τὸ πῦρ ὁ Φωκᾶς, ἢ καταγιγίς, ἢ μέθη,
 Ὅ τῶν καθ' ἡμᾶς συμφορῶν πρωτεργάτης,
 Ἢ τῶν ἐν ὕπνοις φασμάτων τιμωρία,
 Ὡ τὰς καθ' ἡμᾶς αἱματώδεις ἐκχύσεις
 10 Ἐχειν νομίζων εἰς τρισάθλιον κράτος,
 Τῆς γῆς τὸ κῆτος, τὸ πρόσωπον Γοργόνης.
 Οὐχ εἶλες αὐτοὺς ὡς ὁ Περσεύς πλάνος,

B.

Λ Ἀλλ' ἀντιτάξας τῷ φθορεῖ τῶν παρθένων
 Τὸ φρικτὸν εἶδος τῆς ἀχράντου Παρθένου·
 15 Αὐτῆς γὰρ εἶλες τὴν βοηθὸν εἰκόνα,
 Ὅτε προσῆλθες τῇ βορᾷ τοῦ θηρίου.
 Καθεῖλες αὐτὸν, οὐ κρεμασθεῖσαν κόρυν
 Μίαν σεσωκῶς, ἀλλὰ τὰς πόλεις ὅλας.
 Τοιοῦτον οὐκ ἦν, κἂν γενέσθαι τις λέγοι,
 20 Τὸ πρὶν φανευθὲν κῆτος ἐξ Ἡρακλέους,
 Οἷον καθεῖλεν Ἡρακλῆς ὁ δεσπότης
 Κῆτος, τύραννον, οὐ μίαν φθεῖρον πόλιν,
 Ἀλλ' ἐκθερίζον τὴν πολιτείαν ὅλην.
 Πλὴν μισθὸς ὑμῖν ἐστὶν εὐτρεπισμένος,

II.

Roma, dijudica æqua lance iudicium: quæ tot
 abundasti ducibus, eloquere, cui tibi videtur com-
 parandus despota? Solus ponatur, inquit, non ha-
 bens æqualem.

(5) Jamjam extinctus erat tyrannidis ille ignis,
 Phocas, ille turbo, illa temulentia, nostrarum pri-
 mus calamitatum artifex, de visis inter somnian-
 dum carnifex; qui nostri sanguinis effusiones (10)
 in sua rebatur esse miserrima potestate, illud
 terræ cetos, illa facies Gorgonis. Non tu illum oc-

cidisti, ut de Perseo est fabula, sed objecisti cor-
 ruptori virginum tremendam effigiem intemeratæ
 Virginis. (15) Ejus enim habuisti adjutricem imagi-
 nem, quando occurristi voracitati belluæ: ipsum
 occidisti, neque appensam puellam unam servasti,
 sed civitates universas.

Tale non fuit, quamvis fuisse quis dixerit, (20)
 cetos quod jamdiu maclatum fuit ab Hercule, quale
 occidit Hercules despota cetos in tyranno, non
 unam corrumpens urbem, sed totam late evertens

VARIÆ LECTIONES.

τὸ ον
 11 ὁ προσωπογοργόνος P.

NOTÆ.

ACROAS. 2, v. 1. Recte in fine superioris acroa-
 seos dixit se velle, tanquam in pelago natantem,
 Heraclii gesta percurrere: nam vere cursim et ra-
 ptim nunc ea attingit quæ memoratu digniora ei
 videbantur. Itaque hæc acroasis est quædam ἀνα-
 κεφαλαίωσις et summaria descriptio rerum memo-
 rabiliū quas gessit Heraclius. Continet autem
 ætelo supra decem annorum historiam, videlicet a
 die quo Heraclius ex Africa contra Phocam Cpolim
 venit, ad diem quo Chosroa occiso et pace cum
 Persis composita in urbem victor revertebatur.
 Poeta ἀποστροφῇ Romanam compellans, ut de virtute
 Heraclii iudicium ferat ad *Parallela* Plutarchi vide-
 tur respicere, de quibus supra, v. 110.

5. Phoca apud historicos Byzantinos, ut tyran-
 nus, pestis, malum, et si quid pejus in hominem
 obgeri potest, passim audit. Fuit autem, si Cedreno
 fides est, tom. 1, p. 404, οἰνοβαρῆς, αἰμογαρῆς,
 καὶ πρὸς γυναῖκας ἐπισημένος, βριαρῆς καὶ θρασύς
 ἐν τῷ φθέγγεσθαι, ἀσυμπαθῆς καὶ θηριώδης τὸν
 τρόπον καὶ αἰρετικὸς. Confer quæ contra eundem
 Phocam congerit Theophylactus Simocatta in dia-
 logo quem suæ præmisit historię.

7. Theophanes, p. 243 de Phoca ad regnum as-
 sumpto ita: Τῶν δῆμων εὐφημούντων τὸν τύραννον
 ἀναγορεύεται τὸ κακὸν, καὶ κύριος τῶν σκῆπτρων ὁ
 τύραννος προχειρίζεται, καὶ κρατεῖ τῆς εὐδαιμονίας
 ἢ συμφορᾶς, καὶ λαμβάνει τὴν ἐναρξίν τὰ μεγάλα
 τῶν Ῥωμαίων ἀτυχήματα.

9. Cædes inhumanissimas a Phoca in cives com-
 missas narrat Theophanes, p. 243 et 246, et Theo-
 phylactus Simoc. p. 210 et seqq.

11. Tres fuerunt sorores Gorgones dictæ, Me-
 dusa, Stheno, Euryale, angues pro capillis habentes
 et unico oculo vicissim utentes, quæ quotquot
 aspiciabant, ut mythologis visum est, in saxa ver-
 tebant. Vide *Palaephatum* 52

C 12. Cur αὐτοὺς, non αὐτόν? num Pisida osten-
 dere voluit Phocam non unius tantum Gorgonis,
 sed omnium virus habuisse collectum? Atque adeo
 num aliqua honoris significatione mortuum principi-
 pem, quamvis deterrimum hostem imperii, prose-
 qui voluit, ita ut αὐτοὺς pro αὐτὸν dixerit, loquens
 de Phoca, ut sæpe ὑμᾶς pro σὲ et ὑμῖν pro σοὶ di-
 cit de Heraclio?

14. Heraclius Cpolim appulit cum navibus, e qua-
 rum malis, velut flammule, hinc inde erant appen-
 sæ Virginis Mariæ imagines; cui rei aperte hic
 alludit poeta, qui testis etiam citatur a Theophane,
 p. 250: Ἦκεν Ἡράκλειος ἀπὸ Ἀφρικῆς φέρων
 πλοῖα καστειλώμενα ἔχοντα ἐν τοῖς καταρτίσις κη-
 θώτια καὶ εἰκόνας τῆς Θεομήτορος, καθὰ καὶ ὁ Πε-
 σίδιος Γεώργιος λέγει. Hinc corrigendus Cedrenus,
 qui cum pene ad verbum Theophanem transcribat,
 hic ab eo discedens ait Heraclium Cpolim appulisse
 ἐπιφερόμενον τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα τοῦ Κυρίου
 καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vide *De exped.*
 1, 140.

17. Perseus, ut est in fabulis, Medosam Gorgo-
 nem interemit, ejusque caput abscissum in ægide
 collocavit, cuius ope postea Andromedam saxo appen-
 sam et ceto marino monstro expositam libera-
 vit. Sed Heraclius aliquam Virginis Mariæ imaginem
 miraculis claram, ut videtur, habuit, qua ut Gor-
 gone Perseus, in presentibus periculis utebatur.
 Vide infra v. 91.

20. Hesionem filiam a patre Laomedonte, qui
 erat rex Trojæ, ceto similiter expositam, ut Nep-
 tuni placaretur ira, et ab Hercule deinde liberatam
 fuisse, narrant mythologi. Hic fabulantur Hæc-
 lelem indignatum quod præstantissimos equos divino
 semine procreatos ob hujusmodi beneficium sibi
 promissos non dedisset, regem obtruncasse.

27 Οὐ μῦθος ἵππῳ τῆς φθορᾶς ἀνωτέρω·
 Μῦθος γὰρ οὗτος καὶ κογρωσμένος ψόφος,
 Εἰ μὴ τις, ὡς σὺ, γινωστικὸς ἔχων τόνου;
 Ἀλληγορήσει τὴν σπορὴν τῶν ἀρτέμων
 Ἀφθαρτον εἶναι τῇ μεταδόσει τοῦ γένους,
 30 Ἄλλον μετ' ἄλλον ζῶπιυροῦντων τὴν φύσιν.
 Οὐχ οὗτος ὑμῖν, μηδὲ τοιοῦτον λάβοις
 Μισθὸν δὲ ἡμᾶς, ἀλλ' ἀγήματος τόχαις
 Ζωῆς τραγούσης εἰς ὁδοῦς ἀφθαρτίας.
 Ἐπὶ δὲ λοιπὸν καὶ τὰ τοῦ δήμου θράση
 33 Συνακτραπέντα τοῦ τυράννου τῇ μέθῃ
 Ἐνοίων εἶχε τῶν μελῶν ἀταξίαν,

republicam: Atqui primum tibi est paratum, (27) non fabulosus equus corruptioni non obnoxius. Fabula hæc enim est et canore nugæ, nisi quis forte, ut tu, mentis intendens aciem hoc ita interpretetur, virile semen incorruptibile esse in transfusione generis, (30) altero alterius reintegrante naturam. Non hoc tibi præmium, neque talem accipis mercedem pro nobis, sed currum assequeris vitæ currentis in viam immortalitatis.

Audax jam tandem ingenium populi (33) abreptum a tyranni temulentia domesticis assueverat

A Σχεδὸν δὲ πάντας τοὺς πολίτας ἢ πόλις
 Παραρμένους ἔθιμο Κενταύρου δίκην
 (Τετραήμενοι γὰρ καὶ κακῶς μεμιγμένοι
 41 Ἦρθε τῆς ἐαυτῶν ἡσχολοῦντο συγχύσει),
 Πατρὸς ἐλθὼν κυρίου Γαληνίας,
 Καὶ τὰς ἀτάκτους ψηλαφῶν ἀρτηρίας,
 Σφύζουσαν αὐτῆς σὺ καρτείδες τὴν νόσον,
 Καὶ τμητικῇ μὲν οὐδαμῶς διαιρέσει
 43 Οὐδ' αὖγε τοῖς στύφουσαι ἐχρήσω τόνους,
 Μαλακτικῶ δὲ καὶ λαλοῦντι φαρμάκῳ
 Ἐπίστας αὐτοῖς ἐκ μόνης εὐταξίας
 Τὸ θηριώδες ταῦτο μὴ νοσεῖν πάθος,

membraorum disensionibus; et jam prope omnes cives civitas deformatos pariebat, centauris similes (divisi enim et male inter se commisti (40) suis vacabant foveulis confusionibus), cum tu, medicus accedens, verus Galenus, atque inordinatas atrectans arterias, micantem intus morbum non neglexisti: at nunquam sectionibus amputationibusque, (43) nec item astringentibus usus es remediis. Sed emollienti eloquii pharmaco persuasum eis fecisti, ex bono tantum ordine hanc belluinam non nocere infirmitatem; et quo magis superne ra-

VARIAE LECTIOES.

30 ἄλλου μετ' ἄλλου P, ἄλλον μετ' ἄλλου ed. 32 τυχῆς cod. Vat.

NOTÆ.

27. Γινωστικὸς ἔχει τόνου, qui moralem sensum in fabulis quaerit.

30. Forsan melius ἄλλων.

32. Δι' ἡμᾶς scilicet σεσωσμένους, quasi diceret *ob servatos cives*. Codex habebat τόχης; cum sit superposito.

33. Τὰ τοῦ δήμου θράση cum dicit, aperte factionum, in quas tota Cypolitana civitas erat divisa, micam insolentiam, audaciam et temeritatem designat. Quatuor fuisse in ludis circensibus factiones, ex quatuor coloribus quibus distinguebantur appellatas, *Prasinam, Venetam, Russatam, Albatam*, norunt omnes eruditi; sed *Prasinam* et *Venetam* potissimum mentio sit apud historicos. Quæ autem quantaque fuerit civium Cypolitanorum insania in suis partibus fovendis, et quam gravia sæpe inde exorta dissidia et intestina bella cum maximo urbis incolumitate et imperatorum periculo, docet Procopius, qui 1, 29 *De bello Persico* funestissimam seditionem ex factionum contentione Byzantiæ exortam describit, et *Hist. Arcan.* c. 7, eandem factionum licentiam abunde narrat. Verum qua auctoritate fretus Rosinus *Antiquitat. Rom.* v, 5, affirmet post seditionem illam Byzantinam, in qua supra triginta hominum milia trucidata sunt, factionum nomina abolita fuisse, plane nescio. Præterquam quod enim Procopius id non tradit, patet ex omnibus scriptoribus Byzantinis factionum nomina et potestates multis post Justinianum temporibus perdurasse. Ac Veneti quidem et Prasini sub imperatoribus Mauricio et Phoca sæpe tumultus excitaverunt et de rerum summa decertaverunt. Vide Theophanem, Constantinum Porphyrogen., et Codinum.

36. Factionum insaniam describit Procopius *De bello Pers.* 1, 29.

41. Allusio est ad nomen Galeni, medici celeberrimi, quam in versione, detracto velo allegorice, denudavimus: si enim ad verbum reddan-

tur voces *ιατρὸς κυρίου γαληνίας*, vere tranquillitatis medicus, omnis sensus concinnitas perit, quæ ex duplici vocis *γαληνίας* significatione oritur.

42. Ἀταξίαν, ordinis defectum, ut morbum pestilentissimum describit *De exped.* II, 29, neque aliter intelligenda sunt quæ leguntur a v. 49 ad v. 62 *De bell. Abar.*, ἀρτηρία ἀτακτοῦ, arteriæ non una nec recta pulsatione constantes, sed quarum inæqualis est pulsus, fornicanti consimilis, qui Græcis *μορμηκίζων* dicitur. Confer quæ dicit poeta in laudem Sergii in princ. *Heraem.*

43. Hæc omnia secundum medicam scientiam dicta sunt, ac facili negotio quis possit ea cum Galeni scriptis conferre. Τόνου στύφοντες sunt remedia quæ ex vi astringenti nervos et fibras intendunt: quidquid enim dejectas vires reficit, τόνου a Galeno vocatur. At Pisida dum hæc medico more tractat, Heraclii mansuetudinem Phocæ feritati opponere intelligit: nam vere hic sectiones et amputationes sunt carceres, et remedia astringentia sunt carcere, quibus utebatur inhumanissimus Phocas, cuius tanta fuit in cives crudelitas, teste Theophane, p. 244, ὥστε ὀπρὶν ἡράκλειος ἐθαλίλευσεν, ἐξέτασεν τοῦ ὀπλιτικοῦ ἐποιήσατο εἰς τὸ ἀκριβῆς, καὶ ἐκ πάσης τῆς πληθούσης τῆς ὀρθοείσεως ἐπὶ τῆς τυραννίδος Μυρρικίῳ μετὰ Φωκᾶ οὐχ εἴδραν περαιτέρω δύο ἀνδρῶν οὕτως εἰ τὸν τυράννον προσσητάμενοι ἐπὶ αὐτοῦ ἀνηλίθησαν. Quod idem Theophanes repetit p. 245. At Heraclius contra pacis studio ductus omnia amore sibi conciliare satagit, et humanitatis ac clementie vi civium animos intestinis odibus flagrantibus compescuit; quod quidem Pisida satis clare explanavit in ea concione in qua Heraclium alloquentem milites inducit *De exped.* II 92.

45. Similia in princ. *Heraem.* in laudem Sergii.

33. Non obscure neque ineleganter, ut videur

"Ἄνω δὲ μᾶλλον τὴν λογικὴν ἔχειν φύσιν.
 50 Κάτω δὲ ῥίψαι καὶ καλῶς ἐκλακτίσαι
 τὸ κτηνόμορφον τῆς ἀταξίας τέρας,
 Μὴ πως παρατραπίσαι τῆς τετραγώνου
 ἢ φαντιώσαι τῶν φρενῶν ἀταξία
 τὸν νοῦν ἑαυτῇ συμπλανώμενον λάβῃ.
 55 Οὕτως ἄριστα τοὺς διεστῶτας τρόπους
 τῶν δημαγωγῶν συμβιβάζεις ταγμάτων,
 Καὶ σύνθετόν τι ζῶον ἐξ ἐναντίων
 Συνθεῖς λογισμῶν εἰς ἑνωτὴν ἡρμῶσας,
 Καὶ τοὺς ἀποσχιρτῶντας ἀλλήλων τρόπους
 60 Εἰς ἓν συνῆψας, καὶ κατώρθωσας μόνος
 Ὅ μὴ κατορθοῦν εὐπόρητον ἦ φύσις.
 Τούτῳ θέλοντες τῷ μεγίστῳ πράγματι
 Μνήμην συνάψαι συμφερόντως ἢ πόλις

tionalem habet naturam, (50) magis inferius de-
 jicere et bene calcitrare pecudiforme dissensionis
 monstrum, timendumque ne, aberrans a trita via
 quæ circum præcordia stabulatur discordia, men-
 tem secum ipsa tandem in errorem trahat. (55) Sic
 optima ratione discordes sententias inter primores
 ordinum concilias, et mistum quoddam animal ex
 contrariis formans consiliis ad unitatem adducis;
 sic dissentientium invicem ingenia (60) in unum
 contraxisti, et solus emendasti quod emendare ne-
 quisset natura. Volentes pro tali opere maximo
 memoriam ponere convenienter cives tuam nobis

A Γράφουσιν ἡμῖν τῇ κάτωθεν εἰκόνι.
 65 Εἰ τὴν ἄνω γὰρ ἄλλων εἶχες ζωγράφον.
 Ἐπεὶ δὲ πάντας, οἰκοδεσπότην δίκην,
 τοὺς ἔνδον ἡμῶν ἐξεχέρσωσας τόπους,
 Καὶ τὰς ἐνοίκους τῶν παθημάτων φλέβας
 τῷ σὺ κενώσας εὐσεβεῖ καθαρίῳ
 70 τῆς ἔνδον ὀμότητος εἰρξας τὴν βλάβην,
 Ἐκτὸς δὲ λοιπὸν καὶ τὰ τῆς Θράκης νέφη
 Χειμῶνας ὑμῖν ἐξανέστησε μάχης,
 Καὶ πῆ μὲν ἡ Χάρυβδις ἢ Σκυθοτρόφος
 Σιγαῖν δοκοῦσα ληστρικῶς ὠδοστάται,
 75 Ἡ δ' αὖ συνεχόμενοι οἱ Σκλάβοι λύκοι
 τῇ γῆ συνῆπτον τῆς θαλάττης τὸν σάλον,
 Καὶ τοῖς παρ' αὐτῶν αἵμασι πεφυρμένος
 Ὁ ῥοῦς ἐρυθρὸς ἐκ βίας ἐγίνετο,

B hic deorsum pingunt imaginem: (65) sursum enim
 habuisti pictorem alterum.

Postquam autem nostra, ut paterfamilias, rima-
 tus intus emundasti viscera, et domesticis imbutas
 morbis venas tua evacuasti piissima purgatione,
 (70) intestinæ cruditatis coercitis damnis, tum ex-
 tra obortæ ex Thracia nebule procellas tibi sus-
 citarunt belli; et qua Charybdis Scytharum altrix
 tacere simulans grassabatur clanculum; (75) qua
 vero turmatim ruentes Scavi, ut lupi, simul ter-
 ram miscabant et mare, ac ex ipsorum sanguine
 contaminata unda vim passa fiebat rubra, procul

VARIÆ LECTIONES.

49 ἔχει ed. 65 εἶχε P. vv. 69—152 desunt codici P.

NOTÆ.

imitatus est celeberrimum apologum, quo Me-
 nenius Agrippa ad plebem in Urbem revočan-
 dam usus est: sicuti enim, aiebat ille, corpus
 humanum, si artus inter se discordent, paulatim
 conficitur, ita res publica, nisi ordinum summa
 sit consensus, discordia perit, concordia valet.
 Vide Livium, II, 32 et Dionys. Halic. VI, 86, qui
 Menenium ita exorsum narrat: "Εοικέ πως ἀνθρω-
 πείῳ σώματι ἢ πόλις· σύνθετον γὰρ καὶ ἐκ πολλῶν
 μερῶν ἐστὶν ἑκάτερον. Vere autem Pisida cum
 Platone consentit, qui in *Timæo*, p. 70, de par-
 tibus humani corporis loquens rationem in capite
 tanquam in summo arce collocatam esse dicit,
 affectuum autem sedem in inferiore parte ven-
 tris tanquam in præsepe silam esse definit.

53. Novum verbum, quod a voce φάτνη *stabu-
 lum* vel *præsepe* Pisida confinxit. Præstat locum
 Platonis, ad quem respicit poeta, hic subijcere:
 τὸ δὲ τῶν τίτων τε καὶ πότιον ἐπιθυμητικὴν τῆς
 ψυχῆς. . . τοῦτο εἰς τὰ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν
 καὶ τοῦ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν ὄρου κατῴκισαν, αἷον φάτ-
 νην ἐν ἅπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ τῆ τοῦ σώματος τροφῇ
 τεκτηνάμενοι· καὶ κατέδρσαν τὸ τοιοῦτον ἐνταῦθα
 ὡς ὄρεμμα ἄγριον.

56. Δημαγωγός est is cuius auctoritati et con-
 siliis populus obsequitur. Cum δημαγωγῶν ταγ-
 μάτων τρόπους composuisse dicit, *factionum capita
 flexisse* affirmat.

57. Vide supra, v. 48.

61. Φύσις dictum ὑπερβολικῶς, tota humana
 natura, hoc est, cui rei conficiendæ quæcunque
 humani ingenii vires impares fuissent.

64. Nihil in historicis Byzantinis ea de re scri-

C ptum invenio. Vide supra *Acroas.* I, 97.

67. Perstat in allegoria a medica facultate de-
 sumpta, de qua supra v. 41: ἐκχερσῖω, *exsicco*,
penitus emundo; quod fit in vulneribus, ut sanen-
 tur. Οἰκοδεσπότην δίκην non sævi tyranni incle-
 mentia, sed boni patrisfamilias affectu.

70. Ὀμότης *cruditas* ex vitio humorum vel ex
 defectu caloris; qua hic exprimitur in animis ci-
 vium insita ab exemplo Phœce crudelitas: nam
 ὀμότης per metaphoram est *crudelitas*.

71. Hunc locum illustrat Theophanes, p. 248:
 Οἱ μὲν Πέρσαι ἔξω τῆς πόλεως ἐτυράννουσιν Ἰου-
 μαίους, ὁ δὲ Φωκᾶς ἔνδον τὰ γείρονα αὐτοῖς ἐποίησεν
 φονεῦον καὶ αἰχμαλωτίζων. Τὰ νέφη τῆς Θράκης
 sunt Abares, qui cum sæpe in Romanas provin-
 cias tentassent irrumperere, tandem Thraciam su-
 periorem occuparunt, ut copiose disseruimus in
 principio *De bello Abar.* et ad v. 275, ubi quid si-
 mile habet noster Georgius.

D 73. Paululum diverse hæc eadem narrat poeta
De bello Abar. 297 et seqq., varias Barbarorum
 nationes enumerans, qui de evertenda Cypri con-
 silium inierant. Atque ibidem 304 poetica li-
 bertate non Χάρυβδι, sed Σκύλλαν σύντρονον ap-
 pellat.

76. *Ibidem* v. 297 inter Barbaros Scythias, id est
 Abaribus, conjunctos Scavos recenset: sed quos
 ibi Σκλάβους, hic Σκλάβους appellat. Horum autem
 Barbarorum multitudo consecensis monoxylis vel
 trabariis navigiis per fretum Ceratinum urbem di-
 ripere aggressa dicitur: ut enim *ibidem* Noster
 ait v. 512, Σκλάβων τε πλήθη Βουλγάρους μεμιγ-
 μένα ἔμιξε τὴν γῆν τῆς θαλάττης τὴν μάχην.

Κάκοισεν ὡσπερ ἀντερίζουσα πλέον
 80 Ἄντιπρόσωπος ἢ δυσάντητος Θέα
 Τῆς Γοργόνης προσήκτο τῆς τοῦ Περσέως,
 Καὶ πᾶς ὁ κόσμος ἦν ὁμοῦ πεφυρμένος.
 Σε δὲ στρατηγεῖν ἦν ἀνάγκη τῆς μάχης,
 Τυχῶν μὲν ἄλλος ἐν τοσαύτῃ συγχύσει
 85 Οὐκ ἂν κυβερνᾶν ῥαδίως ἐνέσχετο,
 Ὑμῖν δὲ δόξαν ὥστε πᾶν τὸ φορτίον,
 Εἶπερ δυνήθῃς, ἀντὶ πάντων βαστάσαι,
 Ἄπηγόρευσας τῶν σεαυτοῦ φροντίδων
 Καὶ σὰς ἐποίου τὰς ἀπάντων φροντίδας.
 90 Καὶ πολλάκις τὸ τόξον ἐντείνει θέλων
 Βαλεῖν τε τὴν Χάρυβδιν, εἰς τὴν Γοργόνα
 Τὴν πετροποιὸν τῶν θεατῶν εἰκόνα
 Στραφεῖς ἐπέσχεσ τὴν βολὴν ἠπειγμένην,
 Καὶ δὴ κατ' αὐτῆς ἀντιβάλλοντας βέλος
 95 Ἄνθελλων ὁμάς αἰ φιλάρπαγες λύκοι.

autem, tanquam ad pugandum æmula, (80) nobis contra truculentior aspectu Gorgon est objecta Gorgone Persei. Et jam universus orbis erat conturbatus, te vero ad bellum exire erat necessitas. Alter fortasse in tanta rerum confusione (85) haud facile hoc totum gubernare valuisset. Tibi vero visum, quod totius operis sarcinam quam belle posses gestare pro omnibus. Tum valedicto tuis sollicitudinibus tuas effecisti omnium sollicitudines, (90) ac sæpe telum cum velles intendere, et Charybdim in Gorgonem immittere, imaginem vertentem spectatores in lapides, conversus cohibuisti contortum jaculum. Quippe in ipsam mittentes alia ex parte C

A Χρόνῳ δὲ μικρῷ συγκροτῶν ἑκατέρεις
 Μίαν κατ' αὐτῶν τριπλοκίνδονον μάχην.
 Ἐπεὶ δὲ ταῦτα τῆς ἀνάγκης τὰ ξίφη
 Κοιναῖς καθ' ἡμῶν προσβυλαῖς τεθηγμένα
 100 Ταῖς σαῖς μερίμναις ἐν βραχεῖ διηρέθη,
 Χειμῶν δὲ λοιπὸν οὐ μόνον τῶν πραγμάτων,
 Καὶ τῆς φορᾶς δὲ τοῦ χρόνου κατεκράτει,
 Ἐν ᾧ μάλιστα ταῖς μερίμναις εἰσόδους
 Τῆς νυκτὸς ὠδίνουσιν αἰ παρεκτάσεις,
 105 Γνώμης ἐγίνου τὰς ἀπ' ἄκρων ἡλίου,
 Ὡς ἦν ἐφικτὴν, ἐκτεμεῖν περιστάσεις.
 Πηγὴν γὰρ ἤδεις τῶν κακῶν τὴν Περσίδα.
 Καὶ δὴ τὸ πρῶγμα σχηματίζων ἐπλάσω
 Σαυτὸν παρασχέειν τοῖς πρὸ ἄστεως τόποις
 110 Οὐχ ὥς τι τερπνόν, καὶ μάλιστα τοῦ χρόνου
 B Χειμῶνος ἔντος, εὐπορεῖν εἰθισμένους,
 Ἄλλ' ὥστε τοῖς σοῖς μηδαμῶς βουλεύρασι.

brevi futuram hæc animo versans duxisti unum in ipsos bellum, sed triplicis periculi.

Itaque postquam tot furentes gladii in nos, uno impetu facto, constricti (100) tua cura sunt cecleriter divisi, jam tandem hiems non operas tantummodo, sed etiam cursum contrahebat temporis. Tempus erat quo potissimum curis introitum noctis præbent longæ extensiones. (105) Tum cogitasti ut instantes ab ultimo Oriente, quantum fieri posset, calamitates averteres: fontem enim malorum sciebas esse Persidem. Et jam rem animo molitus simulasti te ipsum conferre in suburbia, C (110) non ut qui deliciis, cum præsertim tempus instat hibernum, in more habent diffluere, sed

VARIE LECTIONES.

94 ἀντιβάλλοντας? 96 ἑκατέρεις ed.

NOTÆ.

79. Vide v. 592 et seqq.

80. Per Charybdim Abares, per Scyllam Sclavos, per Gorgonem demum Persas intelligit, qui Sarbaro duce occupata Chalcedone, dum Abares ex parte boreali Cpolim oppugnare tentarent, ipsi ex parte meridionali se eandem regiam urbem aggressuros esse convenerant. Vide *ibidem*, v. 496.

91. Sequentium versuum sensum non satis apertum sic accipio. Cum Heraclius civium dissidentes animos in unum coalescere fecisset, de reprimendis Abaribus cogitavit, ac sæpe voluisset ope divina et Virginis Mariæ patrocinio fretus ad pacta servanda eos compellere; sed cum in eo esset ut Abaribus armis inferret, Sclavis ex alia parte Romanam ditionem vastantibus, contra ipsos occurrere et ab incepto desistere cogebatur. Itaque Charybdis, ut supra, est Abarum natio; lupi sunt Sclavi vel Persæ: at Gorgon hic non est monstrum, sed imago Virginis Mariæ, cujus ope Heraclius jam antea tyrannum Phocam devicerat. Confer *supra* v. 12 et seqq., et omnia erant, nisi fallor, plana et difficultatibus expedita.

97. Τριπλοκίνδονον fuit bellum Abaricum: namque uno eodemque tempore contra tres hostes, Abares, Sclavos et Persas, dimicandum fuit Cpolitans.

101. Anno 11 imperii sui Heraclius pacem cum Chagano Abarum duce composuit, ut contra Chosroam arma moveret, qui ἐπαρθεῖς τῇ νίκῃ οὐκέτι ἐν

τῷ καθεστῶτι εἶναι ἠδύνατο. Τότε Ἡράκλειος ζῆλον Θεοῦ ἀναλαβὼν καὶ μετὰ τῶν Ἀβάρων εἰρηνεύσας, ὡς ἐνόμιζεν, μετήνεγκεν τὰ στρατεύματα τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ διενοεῖτο τῇ τοῦ Θεοῦ συνεργείᾳ κατὰ Περσίδος χωρῆσαι. Ita Theophanes, p. 251.

103. Anno Heraclii 11 exeunte, hieme autem appetente, Heraclius in oram Asiaticam Byzantio oppositam secessit, ubi usque ad diem quartum mensis Aprilis sequentis anni commoratus est. Tunc enim τελέσας τὴν ἐορτὴν τοῦ Πάσχα ἐκίνησεν κατὰ Περσίδος. Theophan., p. 255.

110. Ducangius *Cpol. Christ.* lib. iv, c. 13, palatia suburbana imperatorum recensens, palatium Chalcedonis et suburbanum Chalcedonis nominat. Heraclius in suburbanum concessit, cujus descriptionem nobis reliquit Sozomenus, lib. viii, c. 17. Atque id plane est suburbanum, quod paucis abhinc annis Sarbarus Persici exercitus dux armis et igne vastaverat: nam Chronico Alexandrino teste, cum Chalcedonem ille accessisset, πάντα τὰ προάστεια καὶ τοὺς εὐκατηρίουσ οἴκους incendit. Certe Heraum palatium, quod erat trans fretum celeberrimum suburbanum, hic non designat Pisida, qui *De exped.* i, 157, dicit Heraclium, cum conscensa navi in Persidem iret, Heraum præternavigasse.

112. Respicit, opinor, ad festa Brumalia, quæ Kalendis Januariis incipiebant et magna cum solemnitate celebrabantur a civibus et imperatoribus:

Τὰ τῶν πολιτῶν συμπλέκεσθαι πράγματα,
 Μηδ' αὖ γενέσθαι βλαπτικοῖς κατασκόποις
 115 Ἐκδήλα τῶν σῶν σκευμάτων τὰ δόγματα·
 Καλύπτεται γὰρ ὡς νέφει κατάσκοπος
 Ὅχλιρ παρειαδῶς, καὶ δυσεύρετος μένει.
 Ἐκεῖσε γοῦν, κράτιστε, συλλέγων ὄλον
 Τὸν νοῦν σεαυτοῦ καὶ σχολῆ σοφῆ τρέφων,
 120 Πάσας ἀνέγνωσ διατάξεις τῶν νόμιον
 Τὰς ἐξ ὄπλων καὶ πραγμάτων ὠρισμένας.
 Ἄλλ' ἦν τὰ κρυπτὰ τοῦ σκοποῦ σου δόγματα
 Λόγων ἀφορμαὶ τοῖς λαλεῖν εἰθισμένοις,
 Παρ' οἷς ὀλισθήσασα τῆς ἔσω θύρας
 125 Ἦ γλῶττα φεύγει καὶ βοᾷ πλανωμένως.
 Ὅμοις συνείδες ταῦτα συγγνώμην ἔχειν·
 Ἔδοξε γὰρ πως ἐξ ἀνάγκης εὐλόγου
 Τοῦ πρὸς σὲ φίλτρον δυσφορεῖν ἢ κοινότης,
 Οὐκ ἐκ φθόνου τὴν γλῶτταν ἡρεθισμένοι
 130 (Τοῖς βασικάνοις γὰρ οὐ φθονοῦνται φροντίδες),
 Ἄλλ' οὐ στέγοντες τὴν ἀπουσίαν βλέπειν.

ne tuis ullatenus consiliis civium intermiscerentur
 negotia, neque fieret perniciosus speculatoribus
 (115) aperta tuarum cogitationum voluntas. Abs-
 conditur enim, velut nube, explorator clam tur-
 bae immistus, et inventu est difficilis. Ibi igitur to-
 tam colligens, o fortissime, tuam mentem, et otio
 sapienti nutriens, (120) omnes relegisti constitu-
 tiones legum circa res bellicas et civiles praefinitas.
 Sed ex occultis tuae mentis consiliis loquendi occa-
 sio capta est a garrulis, quibus lubrica extra septum
 dentium (125) effugit lingua, et falsa garruens cla-
 mitat. Attamen nosti haec esse digna venia: visi
 enim sunt juste et necessario ob quoddam in te
 philtum id aegre ferre cives, non autem ex invidia
 linguam acuere (130) (invidi enim curis non in-
 vident), sed quod nequirent tuam absentiam ferre,
 quamvis saepe tuam opem essent experti.

Ἄ
 Κἂν πολλάκις τυχῶσιν ὠφελημένοι.
 Ἐνταῦθα τὸν πρὶν Ἴλιον μιμούμενος,
 Καὶ ταῖς ἐρήμοις ἐμβατεύων ἐτρέφου
 135 Οὐ βρῶσιν, ὡς ἔδειξας, ἀλλὰ φροντίδας·
 Οὐκ ἦν γὰρ ἔργον πολεμικῶν συνταγμάτων,
 Ὅ μὴ μετῆλθεσ τῆ σχολῆ τῶν σκευμάτων
 Τυπῶν, προτάττων, εὐτραπίζων, προσγράφων,
 Καὶ σχηματουργῶν τῆς μάχης τὰς εἰκόνας
 140 Ἄλλοις, σεαυτῷ, τῷ στρατῷ, τοῖς ἔθνεσιν,
 Ὡς ἂν τις εἶπη περιβαλὼν ἐν συντόμῳ,
 Πρὸ τῶν ἀγῶνων τοὺς ἀγῶνας συλλέγων
 Καὶ τὴν νίκην ὄρων ἐντελῶς πρὸ τῆς μάχης.
 Ἄλλοι μὲν σὺν γράζουσιν, οἷς δοκαῖ φίλον,
 145 Ὅρη, φάραγγας καὶ στενάς διεξόδους
 Καὶ τὰς πετρώδεις ἐξοχὰς καὶ δυσβάτους,
 Δι' ὧν παρῆλθεσ ὡς πνοὴ ταχυδρόμος,
 Ὡς οὔτε πέτραις ἐκ βελῶν ἀφυγμέναις
 Ἐνεσσι βάλλειν, οὔτε μὲν ὀρύγμασι
 150 Τὴν γῆν ὑπογλύφοντας ἐκλύσαι κάτω.

Β
 Tu priscum interea imitatus Eliam, atque in cre-
 mis degens, vesceraris (135) non cibo, ut videba-
 ris, sed curis (nulla enim erat res bello parando
 necessaria, quae non occuparet tuae mentis ostium),
 formans, disponens, apparans, describens, et re-
 praesentans varias belli imagines, (140) tibi atque
 aliis, militibus et gentibus, atque, ut quis omnia
 complectens dixerit, ante praelia recensens praelia
 et ante pugnam referens plenam victoriam.
 At scribent alii, quibus haec sunt cordi, (145)
 montes et valles et angustos exitus, et scopulosus
 vertices et impervios, quos pertransisti, ut spiritus
 celerrimus, quosque nec saxis ballistis immissis
 fas est oppugnare, neque item foveis (130) subter lu-
 mi effossis prosternere. Ita plane montes sunt ho-
 stibus moenia: fauces tenent itineris praestricatas.
 Atque hic ego vellem, quamvis rudis scriptor, ut

VARIÆ LECTIONES.

123 τοὺς λαλεῖν εἰθισμένους ed. 136 ἔργων codices et ed. *ib.* πολεμικῶν P, μαχίρων ed. 137 μετ-
 ἦλθε codices et ed.

NOTÆ.

etenim per eos dies erant ludii Circenses, convivia
 et largitiones publicæ. Videsis Ducangium *Lex. Gr.* v.
 Βρομάλια et *Lex. Lat.* v. Bruma, et *Cypol. Christ.* lib.
 n, c. 6, p. 138, et Constantinum Porphyrog. *De cer-*
emon. Aulae Byzant., lib. n, c. 18. Cum igitur per
 totum fere hibernum tempus feriari solerent By-
 zantini, idcirco dicit καὶ μάλιστα χειμῶνος ὄντος.

115. De exploratoribus et speculatoribus diser-
 tissime agit Ezech. Spanhemius *De præstantia Nu-*
mism., lib. n, p. 534; ad rem autem Suidas v. Ἐξ-
 πλωράτωρ ἔργον τούτοις τὴ περιεργάζεσθαι τίς ἢ
 τῶν πραγμάτων κατάστασις καὶ ποῖα τὰ κατὰ Ῥω-
 μαίων σκεπτόμενα ὑπὸ Περσῶν, καὶ ἀναφέρειν ἐπὶ
 τὴν βασιλέα.

120. Metri gratia adde articulum, et lege τὰς
 διατάξεις.

125. Non dubito, quæ de garrulis tradit, juxta
 mentem Plutarchi dixisse, qui aureo libello Περὶ
 ἀδολεσχείας p. 505 sic scribit: Οὐδὲν οὕτως ἢ φύσις
 εὐεχῶς κεγαράκωκε τῶν παρ' ὑμῖν ὡς τὴν γλῶτ-
 ταν, βαλομένη φρουρὰν πρὸ αὐτῆς τοὺς ὀδόντας, ἐν
 ἔαν ἐντὸς κατατείνοντος ἡνία σιγαλόεντα τοῦ λογι-
 σμοῦ μὴ ὑπακούῃ μηδὲ ἀνειλῆται, δῆγμασιν αὐτῆς

κατέχομεν τὴν ἀκρασίαν αἰμάττωντες.

128. Φίλτρον positum ἐμπατικῶς pro amoris magna
 vi: philtum enim sunt amoris illecebræ, quibus per
 vim quis ad amandum allicitur. Scite S. Gregorius
 Nazianz. inter carmina Nicobuli patris ad filium
 usus est hæc voce ad pietatem, qua se invicem
 prosequuntur nati et parentes, exprimentam: Φίλ-
 τρω μὲν συνέδησε φύσις τοκέας τε γόνους τε.

130. Euripides in *Belleroph.* v. 49: Φθονοῦσιν
 αὐτοὶ χειρόνεσ πεφυκότας, εἰς τὰπίσημα δ' ὁ φθόνος
 πηδᾶν φιλεῖ. Similiter Pindarus *Nem. Od.* viii, v.
 57: ἀπτεται δ' ἐσθλῶν ἀεὶ, χειρόνεσσι δ' οὐκ ἐρί-
 ζει. Ubi scite scholiastes: Ὁ γὰρ φθόνος εἰς καλὰ
 βαίνει.

133. Heraclium Eliæ comparat, qui, Domino ju-
 bente, in vallem Carith secessit, ibique totus ora-
 tioni et contemplationi vacavit. III Reg. xvii.

138. Vide *De exped.* n, 44 et seqq.

139. Alludit ad exercitia militaria, quæ describit,
ibid. a v. 121 ad v. 162.

144. Quod præstitum fuit a Theophane, qui He-
 raclii longa itinera, labores et bella feliciter gesta
 copiose narrat.

Ἄλλ' εἰς εὐχὴ τοῖς ἐναντίοις ἔσθ',
 Τὰς κλειῖς ἔχοντα τῆς ὁδοῦ πεφραγμένας.
 Ἡδουλόμεν δὲ καίπερ ὄν βραδύγραφοι
 Τὴν συλλογὴν σου τῶν στρατευμάτων γράφειν,
 155 Τὴν εἰς ἅπαν γῆς ἐσκαδαμένην μέρος,
 Βουλαῖς δὲ ταῖς σαῖς ἐν βραχεῖ συνηγμένην.
 Οἱ σοὶ γὰρ αὐτοῦς ἦγον ἔκτικαὶ λόγοι,
 Ὡς εἴ τις ἄλλος ἐκ μιᾶς ὑδραργύρου
 Σύρει τὰ χρυσᾶ συλλέγων σπαράγματα.
 160 Πλὴν ταῦτα σιγῶν καὶ τὸν Εὐφράτου πόρον,
 Δι' οὗ τρέχων παρήλθοις Εὐφράτου πλέον,
 Τὴν δραστηκὴν τε καὶ μετ' ἔργων ἐμπόνων

Λ Ὡς ἐν παρρηγῇ συμφορᾷ τοῦ δ' ὀβίου,
 Ἔγω προσήκει συμφορᾷ παρσιχάται
 165 Τὴν εὐτεβοῦντι δεσπότη παρθουμένην,
 Ἡ δὲ σσεβοῦντι Χοσρόη σεπιοσμένην,
 Ἡδὲ πρόσσειμι τῇ Δαραρτάσει πόλει,
 Ταύτην δὲ φασὶ Περσικῶν ὀρισμάτων
 Εἶναι βορείαν, τὴν δὲ πρὸς Νότον θέτιν,
 170 Ὅσον πρὸς ἡμᾶς, ἀντικειμένως ἔχειν.
 Καὶ τὴν κατ' αὐτῆς ἐν βραχεῖ παραδρόμιον
 Καμπτήρα τῷ τρέχοντι μορφώσιον λόγιον.
 Τὸν Ἀρτασῆρα γὰρ, δοῦλον ἔντα τὴν τύχην,
 Τυραννικῶς λέγουσι καὶ θρασεῖ ξίφει

exercitum collegeris describere, (155) et ut in omnem terrae partem dispersum tuis consiliis in unum statim contraxeris; ita enim ipsos coegit tua conciliatrix oratio, ut si quis alter unius ope hydrargyri auri ramenta contrahens colligat. (160) Sed hæc omitto, atque Euphratis transitum quem trajecisti ipso Euphrate citius, illamque magnam, quæ post labores improbos velut in parergo vite obligit calamitas, si tamen licet calamitati id

conferre, (165) quod dicas melius a pio despota esse eversum, quam ab impio Chosroa servatum. Atque jam accedo ad civitatem Darartasim, quam dicunt habito ad Persica confinia respectu borealem esse, ad Austrum vero esse sitam, (170) quantum ad nos, atque e regione oppositam: et brevi in ipsam excursu deflectens gyrum conficiam festinante sermone.

Quippe Artaserem, qui fuit servus origine, per

VARIE LECTIONES.

152 ἔχοντα ed., ἔχοντας P. 157 οἱ σοὶ] ὅσοι codices et ed. 162 τε add. P.

NOTÆ.

152. Heraclius cum primam expeditionem in Chosroam suscepit, Persis obviam factus est ad fines Ciliciæ, ubi mons Taurus exurgens vaste satisfolitur et perpetuo jugo per totam Asiam extenditur. Itaque αἱ κλειῖς idem sunt ac Pylæ Ciliciæ, de quibus vide *De exped.* II, 10, Eas Theophanes, p. 258, τὰς εἰς Περσίδα ἀγούσας κλεισούρας appellat.

154. Delectum exercitus, quem indicat poeta, descriptum invenies ibidem v. 55 et seqq.

157. Forsan pro ὅσοι legendum οὕτω. Orationis vim in Heraclio ad miraculum usque extollit Pisida, *De exped.* II, 170. Hic autem magno saltu a militum delectu, quem Heraclius instituit in prima expeditione, ad ea quæ idem imperator eis transque Euphratem gessit in secunda leviter attingenda excurrit. De transitu Euphratis, deque iis quæ insequente Persarum duce Sarbaro acta sunt, vide Theophanes, p. 262.

160. Obscura plane sunt quæ in quinque sequentibus versibus continentur. Forsan aut mendum aut hiatus cubat in textu. Vocem τὴν δραστηκὴν ad συμφορᾶς esse referendam non dubito: scio enim sæpe δραστηκῶς cum genitivo conjungi, et τὴν δραστηκὴν συμφορᾶς idem esse ac τὴν δραστηκὴν δύναμιν τῆς συμφορᾶς vel τὴν δραστηκὴν συμφορᾶν. Sed quid tamen significat ὡς ἐν παρρηγῇ συμφορᾶς τοῦδ' ὀβίου? et quod hoc sit genus syntaxeos, prorsus molat. Novi Græcos τῆσδε pro τῆς γῆς et τοῦδε pro τοῦ κόσμου ponere aliquando, ac fortasse pro τοῦδ' ὀβίου legendum est τοῦδε βίου. Verum quid inde? fortasse moralem sensum possis elicere, *tanquam vite hujus mundi sic calamitatum accessio*. Sed quomodo hæc inter se cohæreant, non video. Quale autem est infortunium, quæ est magna calamitas, quæ post transitum Euphratis et μετ' ἔργων ἐμπόνων accidit Heraclio? Certe Theophanes, qui hæc accurate describit, Heraclium Euphrate transmissis ad Saran flumen constitisse ibique viriliter pugnasse ac plurima vulnera accepisse narrat: ait enim, p. 265, πολλὰς πληγὰς ἐδέξατο. Verum si

demus hanc esse calamitatem de qua conqueritur Noster, quomodo quæ sequuntur v. 171 et 172 explicabimus? Aperte enim, ut mihi videtur, de aliqua urbe ab Heraclio eversa, non de vulneribus eidem inflatis, ibi sermo est. Quantum igitur colligere possum, Pisida aliquam ex illis Assyrice civitatibus designat, in quibus Christiana religio quondam florebat, quam cum Heraclius a Chosroe tyrannide oppressam et impietatibus profanatamprehendisset, solo æquandam esse statuit. Porro hanc conjecturam scenti ita vertimus. Qui melius sapit, melius judicabit.

167. Darartasis Mesopotamice civitas cum urbe Dara non est confundenda. Daras enim, quæ, Procopio teste, *De bello Pers.* 10, distabat Nisibi stadiis 100 minus duobus, a limite autem utriusque imperii circiter 27, ex pago urbs munitissima facta est ab Anastasio imp. et Anastasiopolis dicta, ut narrat Evagrius, lib. III, 37. Darartasis autem, ut Pisida infra testatur, ab Artasere condita, Chosroe aliorumque Persidos regum, qui Artaseri successerunt, regia sedes fuit. Hæc prope Tigridis flumen sita erat, et si Theophanis valet auctoritas, 25 millibus a Ctesiphonte distabat. Sed animadvertendum Pisidam metro nomen urbis, ceteroquin barbarum, accommodasse: quam enim ipse *Darartasim* vocat, Dastagerda a Theophane, ab auctore *Chronici Paschalis*, p. 599, *Dastagerchosaris*, a Cedreno autem *Dystagerda* appellatur. At Pisida Artaxerxis vel Artaxaris nomen in Artaserem commutavit, atque ita ex duobus vocibus Persicis unam Græco more inflexam effluxit, hoc est, *Darartasim*, quasi diceret *Daram Artaxeris*.

172. Ut sæpe ad aurigationes, quæ in ludis Circusibus fiebant, ἀλληγορίζαι. Nam καμπτήρ, a κάμπτω *flexo*, est *flexus*, quem circa metam Circi vel hippodromi facere solebant aurigæ, iterum iterumque a carcere excurrentes eodemque revertentes.

173. Hic est Artaxerxes vel Artaxeres, gregarius

175 Πάρθους ἀποστήσαντα τοῦ τότε κράτους
 εἰς αἰχμάλωτον ὄνπερ ἤρπασε θρόνον.
 Ἄντενύβρονίζειν ἐν κακοῖς τὴν Περσίδα.
 Χρόνους δὲ συλλέγουσιν, ὡς φασί, δέκα
 Σὺν ἕξ διαδραμόντας ἐξηκοντάσιν.
 180 Ἐν οἷς τὸ πικρὸν τοῦδε τοῦ σπόρου γένος
 Ἐξ αἱμάτων ὠδινεν αἱμάτων γόνον.
 Ἐν γὰρ τοσαύτῃ τοῦ χρόνου παρεκτάσει
 Ἐναλλαγὴν οὐκ ἔσχε τῆς μισητόντου
 Σειρᾶς ἐκείνης ἢ δυσέκλυτος δέσις,
 185 Ἄλλ' ἐκ τέκνων εἰς τέκνα συμμετεπλάκη

A Ὁ θεσμός οὗτος ἐμφραγαῖς πεφυρμένος,
 Καὶ πᾶς παρ' αὐτοῖς δυσμενῆς βροτοκτόνος
 Ἐσπαιρε τέκνον εἰς γονὴν πατροκτόνον,
 Κάκενος αὖθις ὡς ἐχίδνης οὐσίαν
 190 Τὸν κληρὸν ἀντέπεμφεν εἰς τοὺς ἐγγόνους.
 Καὶ βροῦς ἐχέιτο τοὺς φόνους ἐπιρρέων,
 Ἐως πλατυθεὶς εἰς ἀμέτρητον χύσιν
 Ἐστηκεν ἐνθελὶς εἰς βυθὸν τὸν Χασρόην·
 Ἐδαι γὰρ, οἶμαι, τῆς Ἰωκάστης τὸν βίον
 195 Ζηλοῦντας αὐτοὺς τῷ παραλλήλῳ φόνῳ
 Πρὸς τῆς ὁμοίας συμφορᾶς ἀνατρέχειν.

vim atque audaciam ferunt stricto ense (175) ab ejus, cui suberant, potestate Parthis abductis ad servilem, quem arripuit, thronum, rursus in malis locasse thronum Persidis. Annos autem qui supputant, aiunt sexdecim supra sexaginta jam excurrisse, (180) ex quo crudele hujusce seminis genus a caedibus in caedes prolem peperit. In tanto enim temporis spatio nullam passus est vicem sanguinarie hujus catenae uexus insolubilis, (185) sed ex natis in natos insertus est

strictius hic nodus, eruentis inquinatus caedibus. Itaque omnis ex ipsis homicida barbarus natura progenit sui seminis parricidam; et ille rursus, tanquam viperæ substantiam, (190) suam transmisit hæreditatem ad nepotes. Atque ita rivus manavit in caedes perennis, donec diductus ad immensam effusionem stetit inmissus in gurgitem Chosroæ. Oportebat enim, puto, ut qui Jocastæ vitam (195) pari inter se studio invidiæ æmula-

VARIÆ LECTIONES.

190 ἐγγόνους P. 192 ^φ χύσιν P.

NOTÆ.

miles Persa, qui occiso Artabano IV, rege Parthorum ultimo, primus antiquum Persarum in Oriente imperium, quod in Dario finierat, renovavit, Romæ imperante Alexandro Mammææ. Plura de eo Herodianus, lib. vi, et Agathias, lib. iv. Novum autem hoc regnum ab anno Christi 226 vel 227 ad annum usque 652 vel 645 duravit: mira enim est in hoc Persici regni sine stabiliendo scriptorum dissensio, quorum opiniones ad examen revocat et expendit Assemanus, *Biblioth. Orient.* tom. III, part. 1, p. 425. Regum post renovatum imperium Persicum genealogiam et historiam obiter descripsit Agathias in fine lib. iv, qui tamen ea quæ refert ἐκ τῶν Περσικῶν βιβλίων μεταληφθέντα, ex Persicis archivis desumpta esse affirmat. Verum cum ille suam narrationem ad Chosroam I usque deducat, cujus obitus ad a. 579 refertur, si quis posteriorum regum seriem nosse cupiat, laudatum vicum Jos. Simonem Assemanum adeat *loco cit.*, qui ex Syris scriptoribus eandem chronologiam ad Iezdegerdem usque persequitur, atque hunc ipsum ultimum fuisse Persarum regem contra Theophanem, a quo rex alter, Hormisda vel Hormizanes vel Hormisdates nomine, post Iezdegerdem sullicitur, satis evincit.

175. Agathias, lib. ii, p. 422, 6 Bonn.

178. Hanc Pisidæ supputationem cum chronologia Agathicæ et Assemani conciliare tentaveram, sed irritus omnis conatus fuit. Nam quomodocumque hanc 76 annorum periodum expendas, quam, ut videtur, auctores sibi coævos secutus statuit Noster, nullatenus convenire deprehendes, siquidem ille hujusce sanguinariae periodi cursum ad annum usque 628 protrahit, quo Chosroes a juniore filio Siroa est interemptus, ut patet ex sequenti versu 179. Ex toto enim hujus poematis contextu apparet hæc scripsisse Pisidam statim ac nuntius de caede Chosroæ Cypria allatus est. Itaque si annum septuagesimum sextum ante mortem Chosroæ exactum inquiras, in annum Dominicum incidet 551, qui fuit regni Chosroæ senioris vicesimus secundus: hunc enim aiunt tenuisse regnum annos 48. At seniori successit Hormisdas vel Hormisdares filius, Hormisdæ autem Chosroes junior quorum ille annos

42, hic vero 38 regnasse fertur. Horum igitur trium regum tantummodo successione 76 annorum periodus absolvitur. Cur igitur Pisida sanguinariam regum catenam multiplici nodo intextam nobis representat, qui mutuis se caedibus interfecerint? Ἐξ αἱμάτων ὠδινεν αἱμάτων γόνον. Sed neque illud verum est, hosce tres reges a filiis fuisse occisos: nam Chosroes senior, Agathia teste, p. 272, morore confectus, quod a Mauricio imperatore circumventus victusque fuisset, in regis palatii Ctesiphontis καταλύει τὸν βίον. Num igitur dicendum est non in diem quo Chosroes junior mortuus est, sed in eum quo natus est, Pisidanam periodum, de qua agitur, desinere, atque ita prorsus intelligenda esse quæ leguntur *versa* 198 et 199? sed neque hac habita temporum ratione Pisidæ descriptio convenit cum iis quæ de cæteris Persarum regibus narrantur. Quare statuendum putamus vel nondum satis explorata esse quæ circa regum Persarum genealogiam scriptis mandarunt cum Graeci tum Syri scriptores, vel Pisidam non ad rectam historicæ veritatis normam, sed ex poetici ingenii liberiore iudicio et facultate suam sanguinariam catenam confinxisse, ut omnium odium in Persas eorumque dominationem facilius converterei.

186. Ἐμφραγῆ idem ac ἐμφραγῆς, *obstructio*: hic autem metaphorice pro *caede*.

188. Non inseite Persæ, ut Pharisæi in Evangelio, γεννήματα ἐχιδνῶν appellantur, ex veterum auctorum traditione qua viperæ ferebantur ore coire, femine voluptatis dulcedine matris caput præcidere, et fetus matris uterum erodere; quæ quam falsa sint, hodie nemo ignorat.

190. Κληρὸν *hæreditatem* intelligo esse vindictam ex nuper allata veterum philosophorum de viperis opinione, quam tradit Herodotus, ii, 163.

195. Vide supra v. 184.

194. Notissima sunt Jocastæ flagitia, quæ cum post Laii mariti necem, Oedipo filio nupsisset et ex eo Polynicem et Eteoclem genuisset, sibi manus intulit. Videtur Diod. Sic. lib. iv, Senecam in *Oedipo*, et Hyginum, r. 76.

Ἐκεῖνος οὖν ἔκτιζε τήνδε τὴν πόλιν
 εἰς πύργον ἄκρον, εἰς ἀπόρθητον τόπον,
 εἰς τεῖχος, ὡς ἔδειξε, τῆς ἀμαρτίας.
 200 Ἐκεῖ γὰρ εἶχε Χοσρόης καὶ τοὺς Μάγους
 καὶ τοὺς αὐτοῦ προστάτας τοὺς ἀνθρακας,
 δεινῆ κρατηθεῖς εἰκότως ὑποψία,
 μὴ τοὺς σεβαστοὺς αἰχμαλώτους ἀρπάξης.
 Ἄλλ' αὐτὸς ἐλθὼν ὡσπερ ἀστραπῆς τάχος,
 205 καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῖς σχηματουργήσας φόβον
 (Φόνον γὰρ αὐτῆς οὐδὲ Βαρθάρων θέλεις,
 εἰ μὴ καθ' αὐτοῦν ἀσπάσαιντο τὰ ξίφη),
 στήσας τε πολλὰς μηχανὰς τῶν ὀργάνων,
 κρισὺς, χελώνας, πετροπομποὺς σφενδόνας,
 210 φράξας τε τὴν φάλαγγα καὶ τείχει νέφ
 τὸ τεῖχος αὐτῶν ἐμπερικλείσας ὅλον,
 Ἄπαντας ἔνδον εἶλες ἐκ μόνου φόβου.
 Πρῶτον μὲν οὖν, κράτιστε, τῶν σκύλων ὄλων

rentur, in pares calamitates concurrerent. Ille igitur hanc ipsam urbem condidit in modum excelsæ turris, loco inexpugnabili, tanquam murum, ut apparuit, peccati (200). Ibi enim habebat Chosroes et Magos et sibi ascitos præsidēs carbonēs : in fortem adductus, ut par est credere, suspicionem, ne quos colebat, captivos abduceres. Tu vero accedens, tanquam vis fulminis, (205) terrorem ipsis undique representasti : non enim cædes Barbarorum volebas, nisi in te prius gladios constringerent. Eductis autem multis machinarum organis, arietibus, testudinibus, saxa jacentibus fundis, (210) et munita phalange novo scutorum muro, eorum mœnia late circumclusisti, omnesque sunt intus deprehensi sola formidine.

VARIE LECTIONES.

199 εἰς P, ὡς ed. 210 καὶ τῶν codices et ed. 213 μὴν ed.

NOTÆ.

197. Ἐκεῖνος Artaser vel Artaxares ver Artaxerxes. Ἰβάν Daractasim vel Dastagerdam.

200. In omnibus Persarum templis erant Magi custodiae ignis destinati. Vide supra acroas. 1, 25, ubi de templo Gazaci, in quo erat ἡ πλόκη τῶν ἀνθρώπων carbonum impostura.

204. Theophanes a p. 267 ad p. 269 Chosroam metu perculsum, Dastagerda relicta, amne Tigride trajecto, ultra Ctesiphontem fugisse narrat; unde Heraclius vere ut fulmen, nullo obsistente, ubique victor, Dastagerdam spe citius occupavit.

205. Σχηματουργήσας φόβον, incutiens timorem bellico apparatu et incendiis, quibus Persidem late vastabat Heraclius, οὐχ ἔκων, ut idem imperator teste Theophane, p. 270. Chosroæ scripsit, πυρπολῶν τὴν Περσίδα, ἀλλὰ βιασθεῖς.

207. Καθ' αὐτῶν pro καθ' ἑαυτοῦ, ut alibi δρᾶς et ὄμῶν pro σὲ et σοί.

212. Plurimæ Chosroæ palatia memorantur in Theophane ab Heraclio eversa, quæ Persico nomine distinguuntur. Non longe a Dastagerd, ut videtur, erat palatium *Bebdrach* nuncupatum, de quo ita p. 268 : Ὁ βασιλεὺς ἐπήλθεν εἰς ἄλλο παλάτιον τὸ ἐπιλεγόμενον Βεβδράχ· καὶ τοῦτο καταστρέψαντες καὶ πυρὶ παραδόντες εὐχαρίστου τῷ Θεῷ. At paulo post idem Theophanes, enumeratis ingentibus divi-

A Ἀπηνθράκωσας τοὺς θεοὺς τῆς Περσίδος,
 215 Δεκτὰς ἀπαρχὰς τῷ Θεῷ σου προσφέρων
 τὰ τῶν προπάππων Χοσρόου κειμήλια.
 Σθεννὺς γὰρ αὐτοὺς ἐφλεγεσ τὸν Χοσρόην,
 οὐχ ὡσπερ ἐχθρὸς τοῦ πυρὸς τῆς οὐσίας
 (Ὅλος γὰρ εἰ πῦρ τῷ Θεῷ συνημμένος),
 220 Ἄλλ' ὡς ἐλευθέραν τε καὶ σεσωσμένην
 θέλων προσάξα· τῷ Θεῷ καὶ τὴν κτίσιν.
 Ἀπὸ γὰρ καὶ τὸ πῦρ μολυσμάτων
 τῆ προκυνήσει· μᾶλλον ἐξυθρισμένον,
 ἔχει δὲ τιμὴν τὴν καλὴν ἀτιμίαν,
 225 τῆ σῆ καθαρῶν εὐσεβεῖ καθαίρεσσι,
 καὶ συμφερόντως δυστυχεῖν ἠνέσχετο,
 καλῶς τεφρωθὲν ἢ κακῶς ἀνημμένον.
 Οὕτως ἐκεῖνο πᾶν τὸ πῦρ κατασθέσας,
 Ἀφῆκας οὐδὲν, πλὴν ὅσον λαλεῖν ἔδει,
 230 Σπινθῆρα μικρὸν εἰς τὸ φλέξαι Χοσρόην.

B

Hoc igitur primum spoliis dedisti initium ; in carbones redelegisti deos Persidis, (215) acceptas Deo tuo offerens primitias avita Chosroæ cimelia : illos enim exstinguens combussisti Chosroam, non quod sis hostis igneæ substantiæ (omnis enim ignis est Deo succensus), (220) sed quod liberam et liberatam velles offerre Deo etiam creaturam. Vere enim liberatus est ignis a profanationibus, cui adoratio fuerat contumelia ; et nunc honoris habet loco pulchrum dedecus, (225) quod tua se sentiat pia destructione purgatum ; et lucro apponit illatum sibi damnum, potius bene extinctus quam male accensus. Sic totum illum ignem exstinxisti, nil prorsus reliquisti nisi, ut ita dicam, (230) parvam scintillam ad comburendum Chosroam.

D

tiis quæ in Dastagerdæ palatiis inventæ sunt, αἰτ : Ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν ἑορτὴν τῶν φώτων ἐν Δασταγέρδ... καὶ καταστρέψων τὰ τοῦ Χοσρόου παλάτια, κτίσματα ὑπέριστιμα ἦντα, καὶ θαυμαστά, καὶ καταπληκτικὰ, ἅπερ ἕως ἐδάφους καθείλαν, ἵνα μάθῃ Χοσρόης οἷον πόνον εἶχον εἰ Ῥωμαῖοι τῶν πόλεων ἐρημουμένων παρ' αὐτοῦ καὶ πυρπολοῦμένων.

224. Eleganter per prosopopœiam ignem gaudentem inducit, quod ab impio Persarum cultu fuerit liberatus, debitum Deo honorem sibi præstari ægre ferentem. Ita supra acroas. I, 6 et seqq. solem et lunam eadem de causa gestire ac letari jubebat. Simile autem est illud Pauli Rom. VIII, 24 : *Quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertate gloriæ filiorum Dei.*

227. Cf. De exped. acroas. III, 5.

230. Eo frigidior nobis videbatur hujus poemati conclusio, quod Chosroes non igne combustus perit. Miserum genus mortis, quod subit, narrat Theophanes, p. 272. Sed ut videtur, Pisida intentus in laudanda potissimum pietate Heraclii illud præ cæteris commendat, quod Persarum *πυρσὶα* ubique subverterit imperator, ut alibi dictum est. Tanta enim fuit Persarum in ignem religio, ut etiam regum palatia *πυρσὶα* dicerentur, quod nullum esset

sive templo palatium. Quare, ut id obiter moneam, corrigenda est Porti versio in Suida, qui auctoris de Heraclio scribentis in voce πυρῆιον verba, ὁ δὲ Ἡράκλειος τὰς τε πόλεις κατήρει καὶ τὰ πυρῆια διέστρεψε τῶν Περσῶν, ita vertit, *Heraclius vero et urbes demolitus est et speculas Persarum*. Nam πυρῆια non sunt speculae, nec turres e quibus ignis accenderetur, sed plane templa igni sacra. Minus aberravit a vero, sed rem tamen non attingit, Scacchius, *Miroth.* n, 48, qui hoc testimonio usus est Suidæ ut probaret πυρῆιον significare ignium receptaculum ad suffumigationes, quod apud nos thuribulum et thymiaterium dici potest. Sed ut ad Pisidam redeamus, certum est eam hic respicere ad stupendæ structuræ palatium, quod Chosroes habuit Dastagerdæ, Heraclius autem funditus delevit atque incendit, quod ibi impio cultu ignis una simul cum Chosroa adoraretur, ut paulo ante v.

A 220 innuimus ex Theophane. Nam πυρῆιον templum vel palatium ignis erectum Dastagerdæ, quæ regum Persidos sedes fuit, longe altis sumptuosius ac nobilius fuisse non est dubitandum, quamvis Cedrenus de palatio Gazaci, ut adnotavimus supra aeras. 1, 23, tam magnifice scripserit ut nihil majus excogitari posse credas. Ibi enim fuit illud cælum arte elaboratum, in quo Chosroæ simulacrum stabat, et ex quo pluvix et tonitrua edebantur, ut stultus ille rex πυρσολάτρης Deo se parem faceret. Verum sive, quod Cedrenus ait de Gazaco, ad Dastagerdam transferendum est, sive palatio Gazaci omnino simile fuisse Dastagerdæ palatium concedendum est. Coronidis loco adde testimonium Tzetæ *Chiliad.* iii, 66, ea omnia confirmantis quæ haecenus de Heraclio dicta sunt: nam et is de Chosroæ palatiis incensis agit, et hoc ipsum *Heraclios* poemation innuens Pisidam citat.

QUERCII DE HYMNO ACATHISTO MONITUM.

Coronidis loco Hymnum Acathistum in tota Græcia celeberrimum hic apponere opportunum duximus: primum quia cum pro reddendis gratiis Virgini Dei Genitrici fuerit compositus, quod ab Abarum obsidione Constantinopolim ipsa liberaverit, in suam veluti sedem, post poema Pisidæ de profligatis Abaribus (a), hic reponi postularet: deinde quia cum hæc pia elegansque cantiuncula de bello ad Constantinopolim gesto agat, inter cætera scripta quæ ad res Constantinopolitanas pertinent, jure quodam suo esset accensenda: demum, quæ potissima ratio est, quia, ni fallimur, hujus Hymni auctor est ipse Georgius Pisida. Quæ suspicionem moverunt, hæc sunt: I.) Stylus fere poeticus est; et totus hymnus ea constat elegantia, et concinnitate verborum, quæ in aliis Pisidæ scriptis observatur. Mira sane in hoc hymno posita elucet industria, tum in componendis dictionibus, cum in periodorum ambitu circumducendo; ita enim omnia sunt temperata, ut verba verbis respondeant, et sententiæ sententiis opponantur, et vocum videatur numerus definitus: quod Pisidæ cum sophistis fuisse commune in præfatione est demonstratum. Profectio qui Acathistum Hymnum legerit, et tot antitheses, orationisque flosculos intextos viderit, in picturam potius, quam in sermonem se incidisse arbitrabitur, hymnumque ipsum, ex Gregorio Nysseno desumptis verbis, *Orat. 6 contr. Eunom.*, παύξεντητον, καὶ πολύηχμον τῶν λόγων ἐξόφασμα, *varis coloribus artificiose depictam, et distinctam sermonum telum* recte appellabit. Quare cum neque ante Pisidam nemo hunc hymnum conficere potuerit eo enim vivente Abares Constantinopolim evertere aggressi sunt, neque statim post ipsam alter innotescat scriptor qui de Abarica obsidione egerit, non temere illius auctor ipse Pisida judicabitur. II.) Accedit, quod in Acathisto occurrunt verba, et phrases, et sententiæ, quibus alibi usus est noster poeta, quæ quidem omnia colligere, et legentium oculis subjicere difficile non fuisset; sed veriti ne in parvo opere videremur esse nimium diligentes, hanc curam iis, quorum intererit, relinquendam esse existimavimus. Id igitur tantum quo maxime Acathisti auctorem se prodere censeamus, animadvertendum proponimus: inter plurimas acri sæpe repetitas salutationes, quæ Virgini Mariæ dicuntur, nonnullas esse, quæ non ad bellum in Abares, sed ad victoriam contra Persas sunt referendæ. Hujusmodi sunt, quæ capiti, cujus est initium Ἴδον παῖδες Χαλδαίων, etc., subjectæ leguntur:

Χαῖρε, ἡ τῆς βαρβάρου λυτρουμένη ὀρησκείας ·
Χαῖρε, ἡ τοῦ βαρβάρου ῥυομένη τῶν ἔργων ·
Χαῖρε, πνεύς προσκύνησιν παύσασα ·

Ave, quæ a Barbari superstitione redimis:
Ave, quæ ab operum cæno eximis:
Ave, quæ fecisti cessare ignis adorationem.

Barbarus, cujus hic notatur superstitio circa ignis adorationem, plane est Persa, quem Πυρσολάτρην in principio *Heraclios* vocat Pisida, et ea de causa sæpe stultum et impium appellat. Conjecimus inde Pisidam ipsum, qui de bello Persico, et Abarico jam cecinisset, utramque in hoc Hymno exornando victoriam voluisse conjungere, acceptamque referre Virgini, ut Heraclii imperatoris pietatem, quam suis iambis ubique amplificat, hic quoque tacitus commendaret. III.) Confirmari adhuc nostram sententiam intelliget quicumque animo recogitabit, fieri potuisse, ut Georgius Pisida pro sui ecclesiastici muneris dignitate, scevophylax enim erat, hanc occasionem libenter arripuerit, quo suæ pietatis studium in Virginem testatum relinqueret: cujus rei fidem facere etiam possunt epigrammata illa duo in templum Blachernarum ab eo composita, quæ inferius inter fragmenta exhibentur; ibi enim paucis versiculis inclusa habentur, quæ in toto Hymno aliter scripta leguntur. Quid quod non male quis asserat Georgium Pisidam inter auctores, qui ecclesiasticos Græcorum libros scripserunt, scilicet Canones, Troparia, Triodiam, Pentecostarum et alia hujusmodi, quæ ἀκολουθίαι, officia nuncupantur, esse accensendum? Leo certe Alatius in tractatu *De melodis Græcorum* catalogum auctorum texens, qui in tot orationum sylloge componenda suam operam contulerunt, duos Georgios nominat, Siculum unum, Nicomediensem alterum; Pisidam non nominat: verum cum ille in Syntagmate de *Georgiis*, quisnam fuerit Georgius Siculus sibi in comperto non esse lassus esset, et Nicomediensem eundem cum Pisida esse dubitasset, cui ex laudatis Georgiis ea

(a) Ordo editionis Jos. Mar. Quercii in nostra editione propter connexionem rei mutatus est: Eur.